nis gradus sũt tres positiuꝰ q & absolutꝰ: cõparatiuus suplatiuus. Absolutio ẽ elatio sine cõparatione: ut fortis. Cõpatio est elatio cũ relatiõe ad aliũ: ut fortior. Suplatio ẽ enũciatio cũ suplatiõe ad oẽs: ut fortissimꝰ. Ex tribus cõparatiuꝰ gradus semp est gñis cõis. Cõparant̃ ãt noia q̃ aut q̃litatẽ aut q̃titatẽ significãt. Sed q̃dã nõ amplectunt̃ oẽs gradus. i. nõ ꝑ tres gradus sunt. nã oia q̃litatũ noia sex retinent formas q̃s subferendas putamus. aut. n. incipiunt: aut sũt: aut ueniũt: aut adiiciunt̃: aut inueniunt̃: aut exeũt. Incipiunt cũ compatiuo deficiẽte gradu & suplatiuo positiuũ tãtũ hñt: ut mediocris rudis sobrius singulus. Sũt q̃ expositiui imagine ꝑ oẽs gradus formãt̃ ut fortis fortior fortissimus Veniũt q̃ post positiuũ & gradus cæteros imaginẽ alterã sumũt: ut bonꝰ melior optimus: malus peior pessimꝰ. Adiiciũt̃ cũ extrinsecus positiuo tãtũ aduerbia q̃dã adiecta uicesc̃di gradus ponunt̃ tã aut minꝰ aut mĩme aut magis aut maxĩe. Dicimꝰ. n. tã bonꝰ tã malus. mĩus bonꝰ minꝰ malus: magis bonꝰ, magis malus. In eodẽ iest & piꝰ Inueniũt̃ q̃ trifarie ordinãt̃ ĩ hũc modũ: uno. s. deficiẽte quolibet gradu positiuo cõparatiuo & suplatiuo. Positiuo ut ulterior ultimus ocyor ocyssimus. Compatiuo piius piissimꝰ. Suplatiuo senex senior Exeũt q̃ suplatiuũ tãtũ hñt ut nouissimus sũmus: cõparatio nominũ ꝓprie in cõparatiuo & suplatiuo gradu ẽ ꝯstituta. Positiuꝰ ꝑfectus & absolutꝰ ẽ. Sæpe ãt cõparatiuꝰ gradus ꝓponit̃ suplatiuo: ut stultior stultissimo. maior maximo. Sæpe idẽ minꝰ positiuo significat q̃uis accipiat ꝯparationẽ: ut mare ponticũ dulciꝰ q̃ cætera maria: minꝰ amarꝫ significat & nulli ꝯparat̃ ut iã senior sed cruda deo uiridisq̃ senectus. Sũt noia significatione ꝯparatiua intellectu diminutiua ut grãdiusculus. maiusculus: Cõparatiuꝰ gradus abltõ casu iũgit̃ utriusq̃ numeri. & tũc hoc utimur cũ aliquẽ alieno uel suo gñi ꝯparamꝰ: ut hector fortior diomede: uel audatior ꝑ̃clo achillẽs fuit & multis aliẽis. ut fortiores græci troiãis sed gradu ꝯparatiuo & abltõ ꝓpe eq̃libꝰ & similibꝰ nõ utimur. nã similiũ ꝯparatio nulla ẽ ut hi duo uiri fortes: sed hic altero fortior uerꝫ suplatiuo cũ unũ ãncellerẽ pluribꝰ significamꝰ: ut si tres pluresue sint uiri eũ quẽ supꝑerimꝰ fortissimũ cæterorꝫ dicimꝰ: & sꝑ gẽitiuo plurali iũgitur: ut optume graiugenũ. Sed tũc hoc utimur cum aliquẽ suo gñi ꝯparamꝰ ut hector fortissimꝰ troiatorꝫ fuit: achilles græcorꝫ: Pletũq̃ suplatiuus ꝓpositiuo ponit̃ & nulli ꝯparat̃ ut Iuppiter optũ. maxũ. Interdũ ꝯparatiuꝰ ntõ iũgit̃ ut doctior hic q̃ ille. Plau. in menechmis. Quid uis hõ leuior q̃ pluma. Diminutiua fũt cũ ĩn diminutionẽ ad absolutorꝫ noium fiũt sine ulla ꝯparatione. ut paruꝰ paruulus adolescẽs adolescẽtulus. Horꝫ. ãt tres sũt gradus quorꝫ forma q̃uis magis minuit̃ crescit sæpe numerꝰ syllabarꝫ. Oia. n. noia fœminini gñis q̃ cãu ntõ in a terminant̃ ãn nouissimã lr̃am recipiũt syllabã & faciũt diminutionẽ. ut galea galeola. Itẽ masculina in us casu noĩatiuo terminata: & neutra in um finita eãdẽ lu. syllabã accipiũt: ut ãnus ãnulus: & scãnũ scãnulũ. Masculina uero ea q̃ gtõ casu is syllaba terminant̃ nouissima syllaba culus recipiũt tãq̃ fons fonticulus Fœminina cula tãq̃ nauis nauicula. Neutrꝫ culũ: ut munꝰ sculũ. Sitr ea q̃ us syllaba gtõ ꝓferũt tã masculini quã fœminini (nã neutra nulla sũt) easdẽ syllabas admittũt tãq̃ fluctꝰ flucticulus porticꝰ porticula. Apd̃ ãtiquos aliæ diminutões repiunt̃. descẽdebãt. n. tertiã usq̃ formã tãq̃ arca arcula: arcella arcellula: catinꝰ catiulus catiellus catulus catillꝰ: oculꝰ ocellus ocellulus. Ex sc̃da diminutiõe q̃dã sũt in usu: pauca ex tertia: ut ocellus ocellulus catellulus. Apud nos diminutiõis hoc genꝰ seruat̃ hoc ẽ priæ positiõis. i. pria diminutio. Oĩs. n. appellatio primæ positionis a lr̃a terminata casu ntõ acceptis syllabis ri & us significãt eũ q eã rẽ aut ꝑ̃stat aut uẽdit: aut emit: ueluti amica amicariꝰ: culcitra culcitrariꝰ: charta chartariꝰ: harena harenariꝰ: herba herbariꝰ: lactuca lactucariꝰ. Q d̃ si rursus detracta a lr̃a a pria positõe ꝓ ri & us syllabis adieceris o & sus erit is locus q eas res multas hẽt: ut amica amicosus: culcitra culcitrosus charta chartosus harena harenosus herba herbosus lactuca lactucosus. Eadẽ quoq̃ diminutiua fiũt si ante. a. u. & l. posueris. ut amica amicula culcitra culcitrula charta chartula harẽa harẽula herba herbula lactuca lactucula. Ea ãt q̃ an. a; hẽnt. i. sic figurant̃; ut cõtro

uersia ꝯtrouersiola gřa gřola & cætera oĩa sĩr. Meĩisse ãt debemꝰ ꝙ nõ oĩa diminutiões faciũt q̃dã. n. singularia sũt. q̃ nõ ueniũt i ꝯparationẽ tãq̃ cœlũ mare & similia. Sũt ẽt q̃si diminutiua quoꝶ origo nõ cernit̃. ut fabula macula tabula. Sũt itẽ q̃ nõ seruant gñ a q̃ ex noĩbꝰ priæ positiõis acceperũt: ut scutũ scutella pistrinũ pistrilla canis cãicula rana raũculus unguis ũgula ũguella ũguellula. Genꝰ ẽ dictio q̃ plures ꝯtinet̃ spẽs: ut aĩal: Spẽs ẽ dictio originẽ trahẽs a gñe paucioribꝰ ꝯfusa significatiõibꝰ quã genꝰ ut hõ arbor. hoꝶ gña nũero sæpe plurali mutãt̃ & sũt aoomala. masculĩa neutꝶ. ut hic itybꝰ: mænalꝰ. tartarꝰ: locꝰ iocꝰ. Sed hæc ityba: tartara: mænala: dũtaxat oeutra. Nã hæc loca: hi loci: hæc ioca: hi ioci: dupliciter ꝯclinãt̃ Fœminia i oeutꝶ: ut hæc ꝑgamꝰ ꝑgama. Neutra i masculinũ. ut porꝶ cœlũ foꝶ: hi porri cœli fori. Sed hæc fora meliꝰ ꝯcliat̃. Itẽ neutra i fœminũ balneũ epulũ cepæ: balneæ epulæ. cepæ. Sed & hæc balnea siue balneæ ꝑ ordinẽ ꝯcliat̃. Cepæ uero singulariter apto tõ nomẽ ẽ gñis neutri: ut ꝑ neste: pluraliter gñe fœminio sublata priore dipthõgo: uelut musæ ꝯcliabit̃. Quædã icerti sũt gñis noĩa iter masculinũ & fœmininũ: ut cortex fiois silex stirps pinꝰ pãpinꝰ dies radix. Inter masculioũ & neutꝶ: ut uulgus pecꝰ sal. Inter fœmininũ & neutꝶ: ut pecꝰ buxꝰ pyrꝰ prunꝰ malꝰ. Sed neutro fructũ: fœmininũ ipas arbores dicimꝰ sæpe. Sũt q̃dã noĩa q̃ singulariter tãtũ efferũt̃. Sũt q̃ pluraliter hæc pene maiore ex ꝑte collecta suo quoq; ordĩe subiicíemꝰ. masculĩa sꝑ singularia: ut hic penꝰ puluis sãguis limꝰ fumꝰ uiscus muscꝰ herba q̃ i parietibꝰ uel i corticibꝰ arboꝶ hæret. Itẽ fœminia sꝑ singularia: ut hæc pax lux culpa galla eloq̃otia elegãtia ꝓsapia mẽoria rabies sanies socordia suppellex. Itẽ neutralia sꝑ singularia. ut hoc uirꝰ pus baratꝶ locꝰ apd̃ iferos ꝓprie ãt apd̃ atheniẽses i quẽ noxii ꝑcipitat̃ Aliũ crocũ igeniũ alec iustitiũ sinapi. Masculia sꝑ pluralia hi antes carceres casses cani cãcelli fori ꝓ sedibꝰ & ꝑeaubꝰ fori loca spectaculoꝶ. Itẽ fori sũt i nauibꝰ quo nautæ sedẽtes remigãt: freni & frena dicimꝰ iferi liberi lares & larẽ legimꝰ ludi loculi manes maiores mores natales gñis nobilitas: optiates pugilares priores ꝓceres posteri penates q̃rites. Sed Flaccꝰ i satyra q̃ritẽ dixit: q̃nq̃triæ: gẽtes lemures sales cũ religiõis cã dicimꝰ ꝓ hos sales. Sales tãtũ & ioci dñt: uepres. Fœminia sꝑ pluralia hæ aræ ꝓ pẽatibꝰ ædes. Sed ædis singulariter si dixeris tẽplũ significas: blãdiciæ bigæ q̃drigæ cõpedes cerimõiæ cũæ crates ꝯlitiæ diuitiæ exeq̃æ excubiæ fruges fores fortũæ feriæ gigiuæ idutiæ isidiæ inimicitiæ illecebræ idꝰ Klẽdæ lares lr̃æ ꝓ epistola: mãubiæ nuptiæ ꝑstigiæ nares nũdiæ nugæ neniæ plagæ ꝑces primitiæ phaleræ q̃sq̃liæ. grates q̃s agis ob merita: gr̃æ deæ sarãæ sortes: suppiæ: sordes: scopæ scalæ: tenebræ. Sũt q̃dã nũeri cõis: q̃ i noĩatio singulari pluraliq; similiter efferũt̃: ut res spes.

Neutra semper pluralia hæc
Mœnia.
Cibaria.
Crepundia.
Iuga. i. summa montium.
Iusta.
Intestina.
Magalia.
Mapalia.
Neptunalia.
Parentalia.
Præcordia.
Rostra ubi concionantur.
Spectacula.
Spolia. Virgi. spoliũ dixit:
Serta: sponsalia.

Terminalia.
Cunabula.
Lumina. apud Virgilium
Luminis effossi.
Verbera.
Verbere torto
Virgilius dixit:
Viscera.
Vulcanalia.
Item metalica sunt semper singularia ut.
Auꝶ. Argentũ. ferrũ. Aes.
Plũbũ. Oricalcũ. Stãnũ.
Cassitrum. & Aurichalcũ.
Quamuis æra dicimꝰ cæteris casibus non utimur.

Illud uero sciẽdũ ꝙ neq; deoꝶ noĩa neq; elemẽtoꝶ neq; ciuitatũ neq; montiũ nec fluuioꝶ plurali nũero declinant̃ nisi q̃ ciuitates pluraliter dñr: ut Cumæ. Thebæ. Athenæ. Micenæ. Puteoli. Baiæ. Ostiæ. Nec ea quæ põderi uel mensuræ subiecta sunt pluraliter declinantur: ut Triticum. Frumentũ quamuis fruméta ut mox & frumentis labor additus & ordea legerimus. Far. Ador; Faba.

Cicer. Milium.	Item.	Mulsum.
Panicum & si q̄ hoꝝ nósum pluralia efferũtur: cæteris casibus cessabunt.	Oleum.	Mustum.
	Vinũ. quãuis uina dixerit	Defrutũ.
	Virgilius.	De fruta Virgili⁹ dixit.

Sũt itẽ noia quoꝝ ntũs in usu nõ est: ut si qs dicat hũc laterẽ & ab hac ditiõe. Itẽ p cæteros casus noia multa deficiũt. Noia aut fixa sũt ut pr̃ mr̃: aut mobilia: ut bon⁹ bona bonũ. Alia nec in totũ mobilia: ut marti⁹ martia Cai⁹ caia Draco dracæna Leo leæna Galus gallia Rex regia. Sũt noia tota græce declinatiõis. ut thẽisto calypso pao. Sũt tota ꝯuersa i latinã regulam: ut polux pollidentes ulixes. Sunt inter græcam latinamq; formam quæ notha appellãtur: ut achilles agamenon. Sũt præterea alique sono masculina intellectu fœminina ut pyr⁹ pom⁹. Satis instructi de nomine transeam⁹ ad pronomen.

PRonomẽ ẽ ps orõnis: q̃ p ipso noie posita (min⁹ qdem) pene idem significat psonamq; interdũ recipit. Pronomini accidũt septem q̄litas gen⁹: numer⁹: figura: ordo: psona: casus. Qualitates pronominũ sũt tres. finita: ifinita: minus q̃ finita. Finita ẽ q̃ notat certũ numeꝝ & gestũ dirigit ad certam psonam ut ego. Infinita ẽ q̃ certam nõ recipit psonã: sed cuilibet põt aptari: ut qs q̃ qđ. Minus q̃ finita ẽ. q̃ certis & icẽrtis psonis aptari põt: ut ipse. Gña pnoib⁹ accidũt q̃ttuor. Mas. ut hic. Fœmi. ut hæc Neutꝝ: ut hoc. Cõe ut ego & tu. Sũt alia duob⁹ gñib⁹ cõia Mas. & neutro: ut quo q̃to. Alia trib⁹: ut hui⁹ ei⁹ cui⁹. Nũeri pnominũ sũt duo. aut. n. singularia sũt: ut ego: aut pluralia: ut nos. Sũt q̃dã nũero cõia: ut q̃ q̃. nã & q uir: & q niri: & q̃ mulier & q̃ mulieres dicim⁹. Figuræ duæ sũt aut. n. simplicia sũt pnoia: ut qs aut cõposita ut qlqs. Personæ accidũt finitis pnoib⁹ pria: ut mihi scda: ut tibi tertia quoq; i miuſq̃ finitis repit̃ ut ip̃e. Ordo quoq; pnoib⁹ accidit. aut. n. p̄positiua sũt: ut qs quãt⁹. aut subiũctiua. ut is tãt⁹. Præpositiua qs fecit. Subiũctiua q̃ ui nĩsi hñtis fecit. Itẽ quãt⁹ ille ẽ tãt⁹ ille ẽ. Pronõia q̃dã ut noia aut gẽtẽ significãt: ut cuias nr̃as ur̃as. Aut numeꝝ: ut q̃ tot: aut ordinẽ ut quot⁹ tot⁹: aut q̄litatẽ ut q̄lis talis. aut q̄titatẽ: ut tãt⁹ quant⁹. Quædã possessiua finita ad aliqd referũt̃ & ea q̃ttuor modis enũciant̃: aut. n. utraq; significatõe singularia sũt ut me⁹: aut utraq; pluralia ut nostri uestri: aut itrinsec⁹ singularia & extrisec⁹ pluralia: ut mei tui. Cõtra extrisec⁹ singularia & itrisec⁹ pluralia: ut nr̃ ur̃. Casus pnoib⁹ ut noib⁹ accidũt sex: p quos pnominũ gen⁹ iflectit̃: hoc mõ: Declinatiões pronominũ finitæ siue absutæ sũt hæ. Ego pnomen finitũ gñis oĩs numeri singularis figuræ simplicis psonæ priæ casus noiatiui qđ declinabit̃ sic. Ego: mei: mihi: me: a. me. Sed uocatiuũ hẽre nõ põt nisi exclamatio sit: ut apđ Horatiũ. O qsqs uoler impiã. Pluraliter nos: nostꝝ: nobis: nos: a. nobis. Nec pluralis uocatiuũ hẽt nisi exclamatio sit: ut cũ dicim⁹. o. nos fœlices. Cæteꝝ non ẽ eoꝝ repræhẽdẽda snĩa q dixerũt in q̄busdam noib⁹ uocatiuũ non posse cadere cũ etiã pene in oib⁹ pnoib⁹ non debet esse uocatiu⁹. Sed nos nondũ refragamur rõni uoca. adiecim⁹. Sed quoniã declinationũ cõtextũ hẽre uolum⁹ inseruim⁹. Sed nõ solũ uocatiuũ nõ inuenim⁹: ueꝝ ẽt in quibusdam casus deficere uidem⁹. Tu pnomẽ finitũ generis cõis numeri singularis psõæ scdæ casus noiatiui qđ declinabit̃ sic. Tu tui tibi te. o. tu. a. te. N. P. uos uestꝝ uobis uos. o. uos. a. uobis. Ille personæ tertiæ generis masculini numeri singularis figuræ simplicis qđ declinabit̃ sic.

Ille illi⁹ illi illũ ab illo. N. P. Illi illoꝝ illis: illos ab illis. gñis fœminini. Illa illi⁹ illi: illã ab illa. N. P. Illæ illarum illis: illa: ab illis. Generis neutri. Illud illius illi illud ab illo. N. P. Illa illoꝝ illis: illa ab illis. Itẽ finitũ iste sic declinat̃. Minus q̃ finita gñis masculini Ipse ipsi⁹ ipsi ip̄m ab ip̄o. N. P. Ip̄i ip̄oꝝ ipsis ip̄os ab ipsis. Gñis fœminini. ip̄a ip̄i⁹ ip̄i ip̄am ab ip̄a. N. P. Ip̄e ip̄aꝝ ip̄is ip̄as ab ip̄is. Gñis neutri. Ip̄m ip̄i⁹ ip̄i ip̄m ab ipso. N. P. Ipsa ipsorũ ipsis ipsa ab ipsis.

Quare non istđ ut illud & istud: quia ueteres non ipse sed ipsus dicebant: ut altus alta

altũ ipsi9 qd' est in comœdiis. Est & apud Tulliũ. Sed recẽtiores ipsius cõmutauerunt & ꝓ eo ipse cõsuetudini tradiderũt. ipm uero tẽuit suã extremitatẽ ut ẽt exẽplũ tullianũ docuit. Itẽ isfinita generis masculini. Quis cui9 cui quẽ a quo. N.P. Qui quoꝝ qs uel qb9 quos qs uel qb9. Quæ gñis fœminini cui9 cui quã. a q̃ uel a q. N.P. Quæ quaꝝ qs uel qbꝫ q̃s quis uel qbꝫ. Generis neutri. Qđ cui9 cui qđ a quo uel a q. N.P. Quæ quoꝝ: qs: uel qbꝫ quæ a qs uel a qbꝫ. Itẽ articulare ꝓpositiuũ uel demõstratiuũ q̃litatis finitæ generis masculini Hic: hui9 huic hũc: ab hoc. P. hi: hoꝝ his hos ab his. Generis fœminini. Hæc: hui9 huic hãc ab hac. Pluraliter. Hæ haꝝ his has ab his. Generis neutri. Hoc hui9 huic hoc ab hoc. P. Hæc hoꝝ his hæc ab his. Itẽ ꝓnomẽ articulare subiũctiuũ uel relatiuũ q̃litatis finitæ. Is eius ei eũ ab eo. Pluraliter. Ii eoꝝ eis eos ab eis. Generis fœminini. Ea eius ei eam ab ea. Pluraliter eæ eaꝝ eis eas ab eis. Generis neutri id eius ei id ab eo. Pluraliter ea eorũ eis ea ab eis. Itẽ possessiua finita ad aliqd dicta ex una pte singularia ꝑsonæ priæ generis masculini ex utraqꝫ pte singularia. Me9 mei meo meũ a meo. P. Mei meorũ meis meos a meis. Sed ueteres miis dicebãt: ut sit utũs scđm regulã mi. Oĩa noĩa q̃ ntõ ante us nouissimã syllabã hñt i uocatiuũ terminãt. Generis fœminini nũeri ex utraqꝫ pte singularis. Mea meæ meæ meã a mea. Pluraliter meæ meaꝝ meis meas a meis. Personæ scđæ nũeri ex utraqꝫ pte singularis. Tu9 tui tuo tuũ a tuo. P. tui tuorũ tuis tuos a tuis. Generis fœminini nũeri ex utraqꝫ pte singularis. Tua tuæ tuæ tuã a tua. Pluraliter tuæ tuaꝝ tuis tuas a tuis. Generis neutri. Tuũ tui tuo tuũ a tuo. Pluraliter tua tuorũ tuis tua a tuis. Personæ tertiæ generis masculini nũeri ex utraqꝫ pte singularis. Suus sui suo suũ a suo. P. sui suoꝝ suis suos a suis. generis fœminini nũeri singularis. Sua suæ suæ suã a sua. P. suæ suarũ suis suas a suis. generis neutri. Suũ sui suo suũ a suo. Pluraliter sua suorũ suis sua a suis. Itẽ possessiua ad aliqd dicta ex altera pte pluralia ꝑsonæ primæ generis masculini. Noster nr̃i nostro nostrũ a nostro. Pluraliter ex utraqꝫ pte nostri nostrorũ nostris nostros a nostris. Generis fœminini nr̃æ nostrarũ nostris nostras a nostris. Generiis neutri ex altera pte singularis. Nr̃m nostri nostro nostrũ a nostro. Pluraliter ex utraqꝫ pte nr̃a nostrorũ nostris nostra a nostris. Personæ scđæ nũeri ex altera pte singularis generis masculini. Vester: uestri uestro uestrũ a uestro. Pluraliter uestri uestrorũ uestris uestros a uestris. Generis fœminini nũeri ex altera pte singularis: uestra uestratũ uestris uestras a uestris. P. ex utraqꝫ uestre uestratũ uestris uestras a uestris. Generis neutri ex altera pte singularis. Vestrũ uestri uestro uestrum a uestro. Pluraliter ex utraqꝫ pte uestra uestrorũ uestris uestra a uestris. Sũt itẽ ꝓnoĩa finita personæ tertiæ generis oĩs numeri cõis sine nominatiuo & utõ: ut sui sibi se a se. Hoc quoqꝫ ꝓnomẽ oium generꝫ est eõe. Mihi tibi sibi. Mihimet tibimet sibimet: memet temet semet. Egomet tumet illemet. Egu metipse tumetipse ille metipse. Meapte tuaptesuapte nostrapte. Mecũ tecũ secũ nobiscum uobiscũ. Masculina quisque cuiusque cuique quẽque a quoque. pluraliter qque: quorũque qbusque quosque a qbusqꝫ. Fœminina queqꝫ cuiusqꝫ cuiqꝫ quãque a quaqꝫ. pluraliter queqꝫ quarũqꝫ qbusqꝫ quasque a qbusque. Neutra qđqꝫ cuiusque cuique qđque a quoque. P. queque quorũque qbusqueqneque a qbusque. Masculia q̃squã cuiusquã cuiquã quẽquã a quoquã: Pluraliter qquã quorũquã quibusquã quosquam a quibusquã. Fœminina quequam cuiusquam cuiquam quanquam a quaquam. Pluraliter quequam quarumquam quibusquã quasquã a qbusq̃. Neutra quodquã & cetera. Pluraliter quequam & cetera. Masculina quicumque. similiter. pluraliter quicumque. Fœminina quecumque & cetera. pluraliter quecumque & cetera. Similiter neutra quodcũque & cetera. pluraliter quecũque & cetera. Masculina q̃libet: cuiuslibet cuilibet quemlibet a quolibet. pluraliter q̃libet & cetera. Fœminina q̃libet & cetera. pluraliter quelibet & cetera. Neutra quodlibet cuiuslibet cuilibet quodlibet a quolibet. pluraliter q̃libet quorũlibet qbuslibet quelibet a quibuslibet. Masculina quiuis cuiusuis cuiuis quẽuis a quouis. plurali

ter quiuis:quorumuis:quibusuis:quosuis:a ꝗbusuis. Fœminina quæuis:cuiusuis:cuiuis:quamuis:a quauis. Pluraliter. quæuis:quarũuis:ꝗbusuis:quasuis:a quibusuis. Neutra qđuis:cuiusuis:cuiuis:quoduis:a quouis. Pluraliter quæuis:quorumuis:quibusuis: quæuis:a quibusuis. Masculina alius alii alio aliũ ab alio. Pluraliter alii alioꝝ aliis alios ab aliis. Fœminina alia aliæ aliæ aliam ab alia. Pluraliter aliæ aliarum aliis alias ab aliis. Neutra aliud alii alio aliud ab alio. Pluraliter alia aliorũ aliis alia ab aliis. Masculina alter alterius alteri ab altero. Neuter neutrius neutei neutrum ab neutro. Vter utrius utri ntrum ab utro. Vterque utriusque utriq; utromq; ab utroq;. Alteruter alterutrius alterutri alterutrum ab alterutro. Vnus unius uni unum ab uno. Pluraliter uni unorum unis unos ab unis. Vnusquisq; uniciuisq; unicuiq; unũquemq; ab unoquoq;. Quidam cuiusdam cuidã quendam a quodã. Aliquis alicuius alicui aliquẽ ab aliquo. Vllus ullius ulli ullum ab ullo. Nullus similiter. Pluraliter nulli. Fœminina nulla nullius nulli nullã a nulla. Pluraliter nullæ nullaꝝ nullis nullas a nullis. Neutra nullũ nullius nulli nullũ a nullo. pluraliter nulla nulloꝝ nullis nulla a nullis. Masculina totus totius toti totũ a toto. Pluraliter toti totorũ totos a totis. Fœminina tota totius toti totam a tota. Pluraliter totæ totarum totis totas a totis. Neutra totũ totius toti totum a toto. Pluraliter toti totoꝝ totis totas a totis. Masculina qualis:qualis quali qualem a quali. Pluraliter quales qualium quibus quales a qualibus. Fœminina eodẽ mõ declinantur. Neutra quale qualis quali quale a quali. Pluraliter qualia qualiũ qualibns quales a qualibus. Hoc ꝓnomẽ:qđ est qualis:cũ sequatur talis cõmunia sũt masculino & fœminino. neutrũ tale. Pluraliter talia. Masculina idẽ eiusdẽ eidẽ eũdẽ ab eodẽ. Pluraliter iidẽ eorũdẽ iisdẽ eosdẽ ab iisdẽ. Fœminina eadẽ eiusdem eidem eãdẽ ab eadẽ. Pluraliter eædem earũdẽ iisdẽ easdẽ ab iisdem. Neutrũ idem eiusdẽ eidem idem ab eodẽ. Pluraliter eadẽ eorũdẽ eisdem eadẽ ab eisdẽ. Nemo pronomen nõ habet genetiuũ. ut dicamus neminis: ut quibusdam uidetur, sicut & alius ꝓnomẽ æque genetiuũ non habet ut dicamus alius. Et si antiqui genitiuũ alius ꝓducte dixerũt quorum auctoritati & nos accedimus; cuius nominatiuum ueteres non tantum alius sed etiã alis: sicut Salustius ait: Alis alibi stantes omnes tamen aduersis uulneribus ceciderunt. Conuincitur uero hæc opinio auctoritate Plau. qui ita dixit in captiuis neminis misereri certum est.

u

Erbũ est ps orationis ꝓcipua sine casu. Et enim uniuersæ orationi uberes præbet ad facultatẽ uires: cuius operepreciũ ẽ penitus intueri ꝑtatẽ: ne inscitia uitiosum exerceam9 sermonẽ. Vis igit̃ hui9 tẽporib9 & ꝑsonis administrat̃. Verbũ aũt ab eo dicit̃ quod uerberato lingua intra palatũ aere oĩs oratio promat̃. Verbo accidũt tpa cũ personis sociata: nec oĩno hæc secerni a se possunt: qn simul uerbi nis dissoluat̃. In aliis enim partib9 orationis sunt tpa a personis distracta. ut ĩ participiis. Itẽ in aliis personæ nequaꝗ̃ tpibus indigent: ut in ꝓnominibus. Admittit quoq; uerbũ præter personas & tpa: numerũ: figuram: qualitatem: significationem: siue genus: modum siue inclinationem: coniugatiõem: personas qđẽ qbus sermo exercetur. Numerũ uero cũ quis qui ue sint qui loquantur: Tempus cum quando quid factũ aut dictũ sit quæritur. Figurã cũ ꝗritur si simplex sit uerbũ: aut cõpositũ. Qualitatẽ cũ cuius sit speciei uel qualitatis uerbũ exploratur. Significationẽ cũ cui9 sit generis & significatiõis uerbũ ꝗritur: ꝗ singula diligenti9 exponem9. persona est rõnalis substãtia ꝑsonæ in uerbis sũt tres: ꝑ quas uniuersus administrat̃ sermo. Prima ẽ quæ loqtur: ut dico. Scđa qua cũ sermo habetur: ut dicis. Tertia de qua quis loquitur & relatio indicatur: ut dixit. Numerus ꝓterea accidit uerbis prorsus uterq; singularis & pluralis. Dualis enĩ apud græcos dũtaxat ualet a nobis excluditur eodẽ modo quo & in nominibus. nequaꝗ̃ enim reperiri potest in latino sermone ulla dictio quæ dualẽ exprimat ꝑsonã. Antiquitatis enim romani memores dualem numerum posteritatis usu receptum quasi nouellum usurpare noluerunt. Is namq; sicut a primordio sermõis a na

tura ꝓditi in obscuro habit⁹ ignorabat͛: sic diuti⁹ incert⁹ inter utrūq; numeꝝ tā singularem quā pluralē latebat. Sero āt supuenientib⁹ sæculis scrupulosæ curiositatis obseruatōibꝰ cœptus q̄si itercalaris irrepsit. Et hac de cā apud ueteres raro reperit͛ qm̄ errorib⁹ illaq̄atis multiplicat͛. At eo p̄ hmōi oīs eminēs usus græcoꝝ linguæ declarat͛. Apud antiquos uero dūtaxat plurimū ualet: maxime apud Home. q cū sit atticæ linguæ cultor: & patrii sermōis asser tor: ut q̄dā putāt: tn̄ nō erat nescius antiq̄tatis sicut uersus ille testat͛ ατρειΔαΔε μαλιϛα Δύω κοσμητορε λαων. Cū.n. duo fuissent ipe uetustatis memor plr̄ salutationem ꝓtulit ὁς μὸ ατρειΔαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιΔες αχαιοι. Præterea supfluus antiq̄s uisus ē: siq dē ex nūeri pluralis imagine dualis decliatio formata normat͛. Figura uerbi bipartita ē. aut n. simplicia sūt uerba: ut scribo: aut cōposita: ut iscribo. Cōponūtur āt uerba sicut noīa modis q̄ttuor: aut ex duabꝰ ptib⁹ itegris: ut cōduco cōuoco: aut ex duabꝰ corruptis. ut efficio: malo. i. magis uolo. effringo: aut ex integra & corrupta: ut accūbo: aut ex corrupta & integra: ut ostēdo. Tp̄s ē uicissitudo reꝝ triformiū mutabilitate cōp̄hēsa: Siq̄dē pōt cōptæhēdi q̄d nunq̄ stat uel spaciū ætatis uolubile: q̄d in eisdem mutatiōibꝰ faciens declinatiōem quod numero uidet͛ cōpræbendi. hactenus de tpe duplici: nūc de tpibus uerboꝝ dicemus. In primis tp̄s per se nullū directū est omnino: cū per se in se reuoluat͛. & sic facimus: aut fecimus aut facturi sumus: hoc ex re indiuiduo tpi imponim⁹ partes tpis: nō tp̄s diuidētes: sed actū nostrū diuersum significātes. Vniuersa.n. q̄ agunt͛ in nos diuidūtur per actiones. Diuerso igitur agendi tpe tp̄s ipsum impartimur q̄si impartimur trifariæ tātū quo cūcta gerim⁹ iōq; tria tpa eē dicim⁹: instās p̄teritū futuꝝ. Instās tp̄s cū adhuc agim⁹. p̄teritū pfectū: cū iā fecerim⁹: futuꝝ cū acturos nos pollicemur. Vnū tn̄ ex his p̄teritū pfectū diuiduū est: Ex eo enim scindit͛ p̄teritū impfectū. itē p̄teritū plusq̄perfectū. hoc facto tria tpa perfecta uidentur esse: quo nimiꝝ q̄ agim⁹ triplici mō differentiā reperimus. Præteritū imperfectū. i. p̄teritū nō tn̄ perfectū cū quasi p̄terisse tp̄s affirmamus alioqn cœpimus: nec perfecimus: quasi legebā & scribebā. In enim p̄positio plerūq; derogatiua nō nunq̄ adiectiua: ut in aliis patebit: q̄ addita plerūq; derogat: nō addita ad finem perductū significat. Perfectū eni tp̄s cum tp̄s eo q̄d egimus finitum est. Item p̄teritū plusq̄: cum tp̄s iā pridem exactū demōstramus: quo q̄d egimus. hoc nnū distat a p̄terito perfectm: q̄d superioris: tpis recens uideri pōt actus sequentis longa interpositione. Ita. n. græci υπερσυντελικον appellāt q̄si ὑπερσυντελούμενον q̄d nos p̄teritū plusq̄pfectū dicim⁹. Id uero tp̄s pfectū apd̄ nos: ꝓ αορισω παρωχημενω: ualet. Rōe igitur statuerūt actus nr̄i tpa instās: q̄d & p̄sens cū q̄d maxime agimus. Præteritū impfectū si q̄d egimus nō perfecimus: sed agere desinimus unde nōnulli inchoatiuum tp̄s appellauerunt. Perfectum cum actū perficimus & facere desinimus. Plusq̄perfectum cum q̄d egimus inueterauit. Futuꝝ cum nondum agere instituimus: ueꝝ acturos ꝓmittimus. hæc de temporibus deinceps cætera persequemur: Genera uerboꝝ: quibus significationes: quo pacto significātur referemus. Vt enim in nominibus sunt genera quibus sexus exploratur ita q̄runt in uerbo quo affectus significatur. ueꝝ ne actiuum sit an passiuum. Genera. uerboꝝ siue significationes sunt principales duo actiua & passiua. Ex his enim nascuntur alia: neutra: communis: deponens. ita fiunt numero quinq;. Impersonalis a quibusdā admittitur. Actiua significatio est: cum alio agente sit qui patiatur. i. cum actum nostrum alterius patientia significat: ut laudo hoc ita o littera terminatur ut recipere possit etiam passiuam significationem adiecta r littera. Itaque cum utraque persona constat in declinatione uerbi. ut tam efficere quam effici queat proprie dicitur actiuum: itemque passiuum. Passiua est cum alio patiente apud alium est administratio. idest cum patientiam nostram alterius actus significat: ut laudor: hoc ita & similia terminantur ut recipere possint actiuam significationem amissa r littera: ut laudo. Neutra est quæ specie actiuæ enunciationis o littera clauditur & r litteram nunquam recipit; & ob id passiuam formam non

pōt exprimere. Vbi.n.uis patiendi nō est exactiua declinatiōe locū declinatiōis passiuæ nō habet. Itē si alio patiente sub alia specie penes aliū non sit administratio similiter neutra dicimus. Alterꝝ itaq; uniformiter significat agentem uel patientem. Agentem. ut facio. ambulo. curro. Patientē ut ardeo ueneo: uapulo. Ex hac quoq; forma sunt & illa uerba in qb9 nec agētis significatio plene dinoscit͛ nec effect9. oñditur. ut sedeo: sudo: dormio: iaceo: sto: lego: sitio: esurio. Nescis enim agat qs an patiat͛: q̄ qdā supina dixerūt: alii absolutiua appellāt non nulli depositiua nominät. Cōmunis est q̄ tā actiuā quā passiuā significationē i se habet. hæc ita r littera terminantur ut eam non possint amittere quemadmodum & deponens: ut osculor: & criminor. dicimus enim osculor te: & osculor a te. similiter & cætera. Cōmunia. aūt dicimus ut in nōminib9 q̄ sub una specie genera diuersa admittunt. Item in uerbis q̄ sub passiua declinatiōe duntaxat diuersi actus significationē exprimūt. Deponens est. q̄ in r litterā desinit: ut passiua: sed ea adempta latinū nō est: unde p antiphrasim: idest ecōtrario sic appellatur: qa uerbū r littera finitū deponere eā nō pōt: ut loquor: nascor: sequor. nō enim dicimus nasco: & cum sit passiua species actiuā nō habet. Itaq; nec passiua sunt; quia actiua non reddunt: haud cōmunia esse possunt: quia sub uno genere declinationis utrāq; cōtinent significationem. Placuit itaq; aliis ea deponentia dici qđ una significatione deposita a cōmuni separatur: uel qa deponit ambiguitatem sermonis. Impsonalis uerboꝝ significatio tā sub actiua specie quā passiua extat dicta impersonalis quod sine personis ꝓnominis intelligi nō pōt quāuis formam actiuoꝝ aut passiuoꝝ habere uideat͛. Nā & si tertiæ psonæ formā exprimat: tamen tribus modis uerbis omnib9 iungi solet: propriis quoq; psonis nō enunciat͛: sed ut plenus sit sensus extrinsecus necessario addunt͛ ꝓnomina sine qb9 nihil huiusmōi uerba significare possunt: q̄si pudet me te illū. Itur a me: a te: ab illo. Quoniā de generib9: quod erat dicēdū: dixi modos quoq; subiungā: quos quinq; esse oēs fere grāmatici cōsentiunt. nā qui sex uoluerunt: alii promissiuum. quidā impersonalem coniungunt: qui septem utrunq; prioribus adiiciunt qui amplius priorib9 percontatiuū assumūt q nouem cōiunctiuū a subiunctiuo separāt. q decē eē adhortatiuū ascribūt. Veꝝ ex his ut ipsa declinatio uerboꝝ exposcit: impsonalis & pticipalis a qbusdam admittunt͛ de qb9 postea referre placuit. Modus itaq; uerboꝝ siue inclinatio: in qnq; deducit͛ ptes. Aut.n. finitiuus ē modus. aut impatiuus: aut optatiu9 aut subiūctiu9. aut infinitiuus. Finitiuus modus est cum quasi finita & simplici utimur expositiōe ipsa dictiōe p se cōmendātes sensum sine alteri9 diuerso complexu: ut accuso accusabam. Identidem p omnia tpa. qđ in subiunctiuo paꝝ est. Subiūctiuus enim dictus est quoniā necesse est alius sermo suggerat͛: quo superior patefiat. hoc mō cum dicā cum dixerim: cum dixero: proculdubio nondum hic finitur sermo. finitur enim hoc mō cū dixero uenies: cum fecero aspicies & similia: quod in modo finitiuo non desiderat͛. Item a qbusdā indicatiuus appellatur quo indicamus: pronunciatiuus quo pronūciamus. Deinceps imperatiuus modus est q̄ enunciat externo officio imperātes. & hic modus singulari quidem numero primā non admittit personā; ut lauda. Etenim absurdum est omnino quē quam sibi imperare. cū promptus sit sua sponte facere: Imperio enim indigent externæ personæ. Plurali uero tres personæ necessario adhibentur. Cōserit enim se prima psona cū aliis & dū imperat se quoq; in idem ministeriū uocat quem quidā hortatiuū esse putauerūt. cū dicim9 faciamus legam9 & similia. Illud p̄terea nonnullis absurdū uisum est tertiam psonā modo imperatiuo inesse: quoniam nemo absenti imperat quorū nominis firma comp̄hensio: quoniam ferme uniuersus sermo inseritur inter primam & secundam personam. Secunda uero suo cedit usu materiam ꝓstaurat. & primæ dicendi. & secundæ audienti imperam9 ut pareat ipse: uel ut accuset. aut alii nostrū nuncient imperiū uelut accuset. unde uel merito hoc pacto & in hac declinatiōe erit nunciantis psona: hoc tamen a cæteris differens quod de aliis nūciatur; cum dicimus faciat; legat tertia psona. Imperamus enim ut nūciet͛ illi facere

uel legere: in hoc mõ instanti tpe numero plurali tertia psona dupliciter declinat᷑ accusem9: accusate: accusent: & accusanto. Posterior sermo more ueteꝝ usurpat᷑. figurat᷑.n. hoc mõ lr̃a o adiicit᷑ tertiæ psonæ nũeri pluralis tpis instãtis modi finitiui sic accusam9: accusatis: accusant: huic accedit o littera & fit accusãto. idẽ in oib9. Futuꝝ uero tp̃s differt a cæteris futuris: qa nõ ut cõfestim fiat imperamus: sed in futuꝝ fieri ut ppetuũ fiat qa facito: legito. i. semper fac: semp lege. iure ergo diceret᷑ q̃si futuri. quẽ sermonẽ nõ ulli cõsueuerũt mãdatiuũ potius quã imperatiuũ dicere: quoniã pñti tpe. imperare solemus ut fiat. in futuꝝ uero magis mãdare. cæteræ psonæ pprie nõ reperiunt᷑ in hoc mõ futuri tpis: nõ nulli futuri tpis pñtis abutunt᷑ cũ dicit᷑ facito: faciat: facitote: faciãt: idipm qd᷑ nos secũda psona uulgo tpe futuro usurpamus facito: legitõ: dicentes: & pro secunda persona admittit᷑ apud ueteres cum dicitur ille hæres esto (& ut proximis utar exemplis apud Virgiliũ). Primus equũ faleris insignẽ uictor habeto. Itẽ. Tertius hac galea contentus habito. In hoc mõ declinatione passiua tp̃s futurum apud ueteres uulgo usitatũ est: loquitor: largitor: legimus apud Terentiũ liquitor paucula. Idem de te largitor puer. idest loquere largire. Et Plautus in pseudulo. pietatem ergo amplexator noctu pro phœniceo. Nonnulli ueteꝝ etiam actiuo more tp̃s futuꝝ imperatiuo mõ ex uerbis quoq; passiuis declinatiões usurpauerunt: ut Tullius in dialogis de re. p. Sequitur optatiuus modus quẽ tũ demũ usurpamus: cum pcib9 exposcimus a diis unde ab optando optatiuus dictus est. Sũt qui excludunt ex hoc modo præsens temp9. Necesse est enim omnium consensu in futurum optemus. nonnulli uero admittũt. quod nimis uidetur absurdum: quoniã nemo optat quod habet: sed ut habeat. Identidem Ii qui admittunt in ambiguum ducunt tempus futurum: cui simile faciunt instans dicendo utinam legã utinam faciam. pro instanti & futuro idem usurpãtes. nec respiciunt quãtũ discrimen sit inter hæc tpa q̃ uniformiter prane declinant᷑. Debent enim. cũ sint inter se. Lõgæ discrepãtia sensum quoq; declinatione dissentire. Rectius ergo alii fecerunt q ob ambiguitatẽ imperfecto etiã instaus iunxerunt: ut sit idem instans & imperfectũ utinã facerẽ. Exorit᷑ item alia q̃stio quo pacto præterita tempora inserãtur, qui enim potest quisq̃ in p̃teritum optare. Sed hæc quæstio non absurda uidet᷑. Asseritur tamẽ ratione idonea ut non immerito inserta hæc tempora uideantur. Persæpe enim optamus. non modo ut habeamus quod cupimus. uerũ etiam incusantes factum de quibusdam quæ quoniã non habuerimus in posterum habere non possumus quæ uelimus quasi utinã scripsissem ut proficerem: utinam uenissem ut auditem. hæc & his similia. Subiunctiuus siue adiunctiuus ideo dictus q, non per se exprimit nisi insuper alius addatur sermo neq; superior patefiat. Subiungit enim sibi uel subiungitur necessario alteri sermõi hoc modo cum dixero audies: cum fecero aspicies. & similia: quod in declinatione finitiua non consideratur. & nihil differt ab optatiuo nisi tempore tantum futuro. Et in hac subiunctiua numero plurali uniformem declinationem perfecti & futuri tẽporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur futurum circumflectitur quasi perfecto cum dixerimus. Item futuro cum dixerimus. Infinitiuus qui & perpetuus numeris & personis. ideo dictus infinitiuus ex eo q, parum diffinitas habet personas & numerum. Idem enim sermo & de tribus personis & duobus numeris usurpatus: ut cum dicimus facere ego: tu: ille: uolo & uolumus. Vnde impersonatiuũ hũc nõ nulli & insignificatiuũ dixerũt. quoniã parum tali sermone diffinita est psona. Perpetuus nõ immerito appellatur. Siquidem perpetuũ est quod finem non habet: ut legere: scribere. temporibus. numeris: personis accidit. Tẽpora habet ipsa quæ sunt præcipua instãs: perfectũ: futurum. Hoc mõ plerunq; ueteres historiæ scriptores & imperfecta tempora finitiua significãt. quale est apud Salustium. Hic ubi primum adoleuit non se luxui aut inertiæ corrumpẽdum dedit: sed ut mos gentis illius est æquitarem: cursu cum æqualibus certare. & cum omnis anteiret. Omnibus tamen carus esse. pro eo sane quod est ut mos gentis illius est iaculabatur:

equitabat: cursu cũ æqualibus certabat: & cũ omnis ante iret omnib9 tamẽ carus erat. in hoc modo illud fuit obseruãdũ quod in passiua declinatione er. syllabã ueteres crebre addũt qsi accusarier appellarier. Q uale est apud Virgiliũ (proximis. n. utar exẽplis). Magicas in uitã accingier artes pro eo qđ est accingi. Est enim moris antiq in quibusdã sermonem ex abũdãti addere. Nihil enim syllaba addita cõfert tali dictiõi. Meminisse aũt debemus futuꝝ tẽpus nõ semp infinitis accidere. Nã egeo & studio egere & eguisse studere & studuisse faciunt: nec tamẽ studitũ ire aut egitũ ire. dicere possum9 ut lectũ ire. Impersonalis quoq uerborũ modus sine psona pnominis intelligi nõ põt. Vnde impsonalis dicitur. hic ab omni genere uerboꝝ iuxta similitudinẽ cõiugationis colligit. Nã si prima ẽ: uel secũda uel tertia coniugatio sublatæ secũdæ psonæ nouissima littera: & addita. tur. syllaba impsonalẽ facit: utputa amo amas amat: teneo tenes tenet: curro curris currit. Præteritũ aũt impfectũ eius in bat exire debet: ut tenebat. Perfectũ inest uel fuit: ut tentum est uel fuit. Plusquãperfectũ inerat uel fuerat: ut tẽtum erat uel fuerat. Futuꝝ a prima uel secunda cõiugatione in bitur sicut est ambit tenebit. A tertia in etur ut est leget. Hac rõne modus impsonalis colligit. At uero si. r. litera faciunt terminata: ut sunt passiua cõia & deponẽtia uniformiter currunt. Cætera uerba impsonalia quæ a se oriunt inter genera uerboꝝ potius ordinare qdã pbauerũt: quib9 eloquẽtiæ & doctrinæ tributa est actoritas. Hec eni integrã declinationẽ desiderãt habere: & p omnia tẽpora atq modos sicut cætera uerba declinãtur: ut pudet: penitet & similia de quibus in suo loco pleni9 exponemus. Participalis modus uerboꝝ dictus est q eius uerba sunt participis omnia similia: nec tñ participia sunt ut legẽdi legẽdo legẽdũ lectũ lectu. Dicim9. n. legẽdi officium mihi est legendo didici: legendum est lectu pficit & lectum est qbus participia similia sunt: ut huius legendi: & huic legendo hunc legẽdum et hunc lectum. Hæc eadem sunt quæ pbus supina appellat metito: quontã nec certum hñt numeꝝ nec personã nec significatum: quo solo ab impersonalibus differunt. Nã impersonalia agentis tãtum habẽt significatum: utputa legitur scribitur hoc est omnes legunt omnes scribunt. Nã legitur p omnes legunt: nõ leguntur ntõ dixit. Participalia ãt et agentis et patientis habent significatum. Nã cum dicat Virgilius frigidus in pratis cãtãdo rumpitur anguis: patientem non facientem ostendit. Significat enim dum incãtatur. Et uitq uidendo fœmina: nõ dum uidet: sed dum ab ipsa cõspicitur: Item fando aliqd si forte tuas peruenit ad aures: p dum dicatur passiua significatione. Aliter. n. dictum est. Q uis talia fando temperet a lachrymis actiua significatõe. Item miserabile uisu: quod significat miserabile dum uidetur. Et finem dedit ore loqnendi: qnod significat finem dedit ore dum loquitur. Et dictu mirabile monstrum: quod est mirabile dum dr. Et huiusmodi declinatio tã ex actiua q passiua significatõe nascitur. Q ualitates uerboꝝ sunt hæ: absoluta siue perfecta: inchoatiua: iteratiua siue frequentatiua: meditatiua: trãsgressiua defectiua ambigua: supina. Absoluta uerboꝝ qualitas est quæ semel uel absolute aliqd facere nos inducat: ut caleo: curro: ferueo: horreo. Inchoatiua uerboꝝ species est q rem inchoatã futurã tamen significat: et uim incipiendi dumtaxat in effectu habet. Hæc sco. syllaba terminãtur et figuratur ab illis quæ. o. littera terminãtur: ut horreo in horrore sum horresco horrere incipio: uel ab illis quæ litiera clauduntur: ut misereor: miseresco: quale ẽ miseresimus ultro. Itẽ labascit: ut Terẽtius labascit uictus uno uerbo: et ex eo qd ẽ labor et ardescere ardere dicunt et tenerascere: ut Lucretius in secundo: scilicet in tenero teoẽrascere corpore mentem. Item amo ueteres ĩchoatiuo modo dixerunt amasco. Vnde et amascos amatores dicebãt: ut Plautus in truculento iucundulos amascos cætera. Hio hias ex qno iteratiuum figuratur hiato: hiatas. Inchoatiuum uero figuratur hisco hiscis cum dicimus. Sed qnẽq ita se habeãt tamen plus esse uidetur in eo qđ est hiscere q hiare. Hiat. n. qui ore patet uel tacitus: tamen qđ in rebus fictis animaduerti potest; hiscere uero incipe-

re loqui. Illud præterea nõ nullis libuit aiaduertere q̃ actiuis actiua nõ nulla figurata ĩchoatiua repiunt̃ etiã passiua quale est gelo gelas: cuius inchoatiuũ facit gelasco qd' ẽ incipio gelare. Itẽ cũ ẽ lẽto lẽtas. Vñ Virgilius. Lentandus remus in unda. Ex hoc ĩchoatiuũ lẽtesco facit ut idẽ Virgilius Et picẽis in morẽ ad digitos lẽtescit hẽndo. Eiusmodi figuratio par̃ admisit ex se p̃fectũ: nec cõuenit admittere ut aut possit: aut debeat cum cæteris tẽporibus p̃ totã declinationẽ uim incipiẽdi significare. Absurdũ est ergo ea quæ sunt inchoatiua p̃fecto tẽpore desiuire: & mox futur̃ declinãdo ĩchoatiua eẽ demõstrare. Nec. n. potest cũ tota uerbi sp̃ẽs inchoatiua dicat̃ alia parte finitiua uideri ut p̃fectũ admittat. Nec enim palesiui: horresciui dicimus: p aliam tamẽ transfigurationẽ hæc uerba quidã d̃clinare cõsueuerũt. ut palesco: palefactus sum: liquesco liquefactus sum: quãuis q̃dã p̃fectum inchoatiuũ uenerit mõ primitiui ut horresco horrui: ex eo qd' est horreo. Nec tamen omnia ĩchoatiua hñt primã positiõem. Albesco. n. nõ hẽt albeo licet figuranter Virgilius: Campiq̃ ingẽtes ossibus albẽt. Itẽ. putresco. grãdesco: siluesco: uilesco: brutesco. iuuenesco nõ habet iuuenio. Nam fenesco & feneo apud antiquos dicebat̃. Vnde & Catullus nuc recõdita senet. Deducunt̃ item inchoatiua a neutris uerbis & appellationibus. ex uerbis: ut caleo calesco: deliteo delitesco: frondeo frõdesco: floreo floresco. Et sunt hæc quæ a p̃fecta forma ueniunt. Sunt item quæ originem sui nõ habẽt: ut cõsuesco: cũ quiesco. Sũt quoq̃ alia inchoatiuis similia quæ inchoatiua nõ esse tp̃um cõsideratiõe pernoscimus. ut cõpesco cõpescui. Ex appellatiõibus quoq̃ sic ex ægro ẽ ægrescit: ex igne ignescit: ex flãmã flãmescit: ex dumis dumescit: ex herba herbescit Sed hæc quæ de appellatiuis d̃riuant̃ p̃fecta nõ hñt omnino. Errãt pleriq̃ q dignoscere quærũt iteratiua ab inchoatiuis. Quædam. n. sũt quæ utrãq̃ sp̃ẽm admittunt: hiatare iteratiuũ: ĩchoatiuũ hiscere. p̃incipale eorũ ẽ hio. Item lapsor iteratiuũ: ĩchoatiuũ labasco: principale eor̃ labor. Error igitur hoc mõ corrigitur cuiuscũq̃ fuerint ordinis uerba in figuram inchoatiuã collata erunt cõiugatiõis dumtaxat tertiæ. Iteratiua uero cum admittunt sp̃ẽm erunt ordinis tãtum mõ primi. Hactenus de inchoatiuis d̃inceps de iteratiuis. Iteratiua siue frequẽtatiua est uerborum qualitas quæ assiduam in agẽdo uim hẽt: unde & appellatiõem subit: quoniã frequẽter agendi iterat affectũ. uelut merso mersas. i. sæpius mergo. Itẽ exerceo & exerceor p̃fectũ exercui & exercitus sum dicimus. hoc iterat̃ hoc pacto exercito & exercitaui. i. assidue exerceo. Itẽ exercitor exercitatus sum. i. assidue exerceor. Itẽ hẽo & habito dicimus ut apd' Neuiũ in d̃mẽtibus aiæ pausillulũ ĩ me habitat. Itẽ adeo adis hoc iteramus adito aditas dictitãtes. Itẽ ineo inis: & inito dicimus. ut Pacuuius in autiopa loca horrida initas. Similiter halare & halitare. Ennius illustris sublime iter quadrupedãtes flãmã halitãtes. hietare & hiatare ueteres dixerũt. Plautus si qua forte cõtio ẽ ubi cũ hietare nõ dũ in mẽtẽ uenit. C. N. Atticus. xx. Iliados. ille hiatãs herbam moribũdo ore. Itẽ Cælius. seq̃re me tu q mihi oscitãs hietãsq̃ restas. Liberius ẽt in tauro passiuo mõ enũtiauit hietant̃ fores p eo qd' ẽ hietãt. i. patẽt. Sũt quædã iterator̃ iteratiua & sæpe ĩ tres gradus deducunt̃ uerba q̃le ẽ uideo uiso. & qd' ẽ plus uisito. Itẽ curro d̃inde curso: & qd' ẽ plus cursito. & hæc uerba cuiuscũq̃ sint coniugatiõis cũ iteratiua fuerint p̃imæ erũt cõiugatiõis excepto uiso plẽa tñ iteratiõe in ordinẽ primũ cõfert: ut uisito uisitas. Itẽ in duos tãtũ sæpe gradus deducunt d̃clinationẽ: ut uolo: uolito. Sũt ẽt freq̃ntatiua de nõie uenientia. ut patrissat: græcissat. Sunt itẽ diminutiua a forma p̃fecta: ut sorbillo. sunt sine origine p̃fectæ formæ: ut pitisso: uacillo. Hæc aũt iterant̃ q̃ decorẽ & sermõis figurã subire possũt. Meditatiua ẽ uerbor̃ forma qua nõ actus: sed apparatus oñdit̃: ut parturio: lecturio: amaturio: esurio.

Trãsgressiua uerba sunt quæ formã suam. i. prima regulæ d̃clinationẽ seruare nõ p̃nt. Tp̃e enim præterito perfecto sp̃ẽ tam absoluta q̃ exacta transeunt in formam passiuorum & d̃ponentium: quæ quidam iõ mixta appellauerũt. sic ab eo qd' est audeo: ausus sum: es: est. Item in exacta specie ausus eram: eras: erat. item gaudeo: & similia. Defectiua uerbor̃ sp̃ẽs

est cũ in declinatiõe uerba deficiũt: nec habẽt aut oĩa tpa: aut oẽs numeros: aut oẽs psonas: aut modos. Hæc in. i. uocalẽ exeunt ut odi cœpi: memini: quæ oĩa præsens tẽpus nõ habent nec futurũ. Dicimus. n. odi oderã. Itẽ cedo qđ oõ habet nisi secundã personã præsentis temporis: & est impatiui mõi. Ambigua uerba dicunẽ quæ. o. littera terminata & actiue possũt esse & neutralia p significatiõe dicẽtis: ut ludo. si. n. significat ludo exerceo. ludo erit neutrale: ut apud Virgiliũ. Ludere quæ uellẽ calamo pmisit agresti. Si aũt significat deludo & rideo erit actiuũ: ut ludo illũ: & ludor ab illis: ut apud Terentiũ: nõ ludis tu me. Oĩa uerba indicatiuo mõ litteris quinq; finiunẽ. o. r. t. m. i. O. ut ludo. r. ut ludor. t. ut pudet. m. ut sum: & quæ ex eo cõponuõẽ: ut possũ: adsum. i. ut noui. Cõiugatiões uerbo℞ sunt tres. Prima ẽ indicatiuo mõ tpe præsenti: numeri singularis: figuræ simplicis: psonæ primæ: uerbo actiuo & neutrali: aut. o. littera nulla alia præcedente uocali terminaẽ. ut amo: aut. e. &. o. ut coneo: aut. i. &. o. ut audio: aut. u. &. o. ut adiuuo. Eadẽ indicatiuo mõ: tẽpore præsenti secunda psona: numero singulari. a. pducta & s. litteris terminanẽ. Passiui quoq; cõiugatio pma est quæ pnunciatiuo mõ tẽpore præsenti: numero singulari: secũda psona. a. litterã habet primã nouissimæ syllabæ: ut laudaris: Secũda est quæ eodẽ mõ & tẽpore: & numero: secũda psona uerbo actiuo & neutrali. e. pducta ante nouissimã. s. terminãtur ut doceo. doces. Huius aũt cõiugatiõis semp secũda psona una deterior est syllaba: ut doceo doces: sedeo sedes. Hæc eni ut superior futuro tẽpore: pnũciatio mõ: numero singulari: psona prima. bo: syllaba finiẽ: ut laudabo: docebo. Secũda quoq; cõiugatio passiui uerbi eodẽ mõ tẽpore numero & psona litterã pductã iuxta nouissimã syllabã habet ut moneor moneris. In utraq; cõiugatiõe pnũciatio mõ futuro tẽpore prima psona per. bor. syllabã finiẽ ut monebor: laudabor. Tertia est quæ eodẽ mõ & tẽpore: & persona: & numero. I. an nouissimã. s. litteram terminaẽ. interdũ correpta: interdũ pducta. correpta ut dico dicis: pducta: ut audio audis. hæc. i. suũ pductũ ubiq; custodit. correpta aũt an pducta sit facile pspicim⁹ in idicatiuo mõ tẽpore præsenti i numero plurali: prima uel secũda psona: ubi sine sũma deformitate aduersus naturã uerba corripi uel pduci nõ pñt ut legimus legitis: audimus auditis: & utraq; tam pducta q̃ correpta futuro tẽpore: pnunciatiuo mõ: numero singulari: psona prima per am. syllabã finiẽ: ut audiã: dicam. In his tamẽ dũtaxat quæ cũ producta sint secũdæ cõiugatiõis formulã in prima psona seruãt: habẽtq; ante. o. e. penultima i correptã litterã: ut eo is: ibo: queo qs: quibo. Tertia cõiugatio passiui uerbi ita duplex est ut pnunciatiuo mõ tẽpore præsenti: numero singulari: psone secũdæ. aut. I. pductã litterã iuxta nouissimã syllabã habeat: ut nutrior nutriris: aut. e. correptã. ut rapior raperis: legor legeris: Futura aũt tẽpora pnuntiatiuo mõ: prima persona: par. syllabã finiẽ ut rapiar: nutriar: legar. Verba neutralia ad cõiugationẽ spẽm uerbũ actiuũ sequunẽ. Deponẽtia & cõmunia passiuis choærẽt. quædã extra has. nõ nulla eni neutrali actiuũ sequũtur. Ex his ipsis uerba anormalia uarie delinari necesse est: q̃ deinceps ostẽdenẽ. Primæ cõiugatiõis uerba pmissiuo mõ adiecta ad iperatiuũ modũ. bo. syllaba terminanẽ: ut amabo: cãtabo. Primæ cõiugatiõis uerba infinitiuo mõ siue ppetuo ad iperatiuũ modũ adiecta. re. syllaba terminãtur: ut ama; amare: cãta cãtare. In indicatiuo mõ: tẽpore ipfecto: specie inchoatiua adiecta ad impatiuũ modũ. bã. syllaba terminatur: ut ama: amabã. Itẽ indicatiuo mõ: tẽpore pfecto: specie absoluta adiecta ad impatiuum modũ. ui. sillaba terminãtur. Sed cõsuetudo sæpe breuitatẽ appetens. a. litterã subtrahit: & i. ab. u. disiungit: ut tono: tonui: intono intonui. Item indicatiuo mõ tempore præterito plusquãperfecto: specie exacta: adiectis ad iperatiuũ modum. uerã. syllabis terminãtur. ut amauerã. Secundæ cõiugatiõis uerba: indicatiuo mõ: tempore præsenti. prima persona. e. littera ante. o. terminata: ut sedeo: maneo: excepto uno uerbo & iis quæ ex eo cõposita sunt: q̃ secundũ tertiũ ordinem declinãtur eo: ueneo. Item imperatiuo mõ tempore præsenti: secũda persona: & littera pducta terminãtur: ut sedeo sede: moneo monẽ. Item promissiuo mõ

adiecta ad impatiuũ modũ bo. ſyllaba terminãt: ut ſedeo ſedebo. Itẽ ĩfinitiuo adiecta ad
ĩperatiuũ. re. ſyllaba manẽte ꝓductiõe terminant: ut mane manere: ſede ſedere. Itẽ indi-
catiuo mõ: tpe præterito pfecto: ſpecie abſoluta exacta interdũ retinẽt formã generis ſui: ut
uideo uidi. moneo monui. Interdũ regulæ formã nõ ſeruãt: ſed poti9 cõſuetudini uel eupho-
niæ q̃ rõni ſuccũbunt. Reſoluunt enĩ in formã paſſiuoꝝ & deponẽtiũ ſic: fit. n. ab eo qd eſt
audeo auſus ſum es ẽ. In exacta ſpecie auſus erã eras erat. Itẽ indicatiuo mõ tẽpore præteri
to ĩperfecto ſpecie inchoatiua adiecta ad ĩperatiuũ modũ. bam. ſyllaba terminãtur: ut ſede
ſedebã. Sunt quædã uerba in qbus tantũ impatiuo mõ declinam9 in ſecũda dũtaxat pſona
ſingulariter & pluraliter. Itẽ infinitiuo mõ præſentis tẽporis ſũt hæc duo. Impatiuo mõ aue
ſalue & pluraliter auete ſaluete. Itẽ infinitiuo mõ pñtis tpis auere: ut uolo & uos & illos ſimi-
liter ſaluere: hẽt hoc uerbũ & aduerbiũ cũ dicimus ſalue. Tertiæ cõiugatõis uerba correpto
indicatiuo mõ tẽpore pñti: prima pſona. o. littera nulla alia præcedẽte uocali: terminãt: quã
nõnulli poſtremã uocalẽ corripe oportere cẽſent: uel uti dico: lego: & his ſimilia. ſed cur ita
facere oporteat: aut quare nõ & in cæteris ordinib9 idẽ ſit obſeruandũ: in aium inducere ne
queo: aut. o. ut rapio: facio aut. uo. ut ĩduo irruo. Itẽ indicatiuo mõ tẽpore pñti. prima p-
ſona: aut. o. littera nulla alia præcedẽte uocali: aut. io: eodẽ impatiuo mõ: tẽpore pñti: pſona.
e. littera præcedẽte cõſonãti terminãt: ut lego lege: peto pete: rapio rape. facio face. Sed ad
monendũ fuit cõſuetudinẽ in his trib9 uerbis nõ ſeruari regulã: q̃ ſunt duco: dico: facio. ſic
enĩ dicit dic: duc. fac. q̃ uero. uo. terminant in iperatiuo mõ ſuã formã retinebũt: ut induo
induc: irruo irrue. Itẽ ꝓmiſſiuo mõ. am. ſyllaba terminant præcedẽte aut cõſonãte pmæ
poſitiõis: aut uocali: ut lego legã. peto petã: rapio rapiã: facio faciã: induo ĩduã. Itẽ infini-
tiuo mõ adiecta ad iperatiuũ. re ſyllaba terminant, ut lege legere: pete petere rape rapere. Itẽ
indicatiuo mõ tpe præterito ſpecie abſoluta & exacta formæ regulã nõ ſeruãt: ſed poti9 con-
ſuetudine declinant. Fit. n. ab eo quod ẽ lego legi legerã: rego rexi rexerã: pũgo pupigi pu
pugerã: expũgo expũxi expunxerã: induo ĩdui induerã: Itẽ indicatiuo mõ tpe præterito
iperfecto: ſpecie inchoatiua adiecta ad impatiuũ. bã. ſyllaba terminant præcedẽte cõſonãte
primæ poſitiõis. aut uocali: ut lege legebã: rape rapiebã. indue iduebã. Oĩa aũt impatiua ter
tiæ cõiugationis correptæ ſecunda pſona tpis inſtãtis p. e. litterã terminant. corripiunt hæc
tria dũtaxat facio fac: dico dic: duco duc: & q̃ ab his ſunt: Dico addico addic: prædico præ-
dic: indico ĩdic. abduco abduc. ꝓduco pduc. ſeduco ſeduc. Sed facio qd̃ ſubnotauim9 ſi præ
poſitionẽ accepit ad regulã uenit: ut inficio infice: officio effice: cõficio cõfice. Sed apud ue
teres ſalua eſt regula: q̃ dixerunt face: dice duce. nõ minus apud Virgiliũ antiq̃tatis amantẽ
Tu uoluiſſe armari uolſcorũ edice maniplis. Rõne & cõpeteret anologia & cõſuetudine eru
ditorũ. Quoniã imperatiua in oĩ uerbo oĩq; ordine ex ſecũda pſona finitiua deriuãtur amiſ
ſa. ſ. ſemiuocali littera. ueluti nuntio nuntias nũtia: moneo mones mone: munio munis mu-
ni. unde & eundẽ accentũ ſeruare debent q̃ eſt in ſecũda perſona ut producãtur. In ſecundo
uero ordine. I. correptũ in. e. correptã uertitur: & fiũt impatiua lego legis lege: ita ergo & di-
co dicis dice; facio facis face debet d̃clinari: ut duco ducis duce: & ita poſitum apud ueteres
repitur. Præterea in omni ordine. re. ſyllaba adiecta iperatiuis fiunt infinitiua: ut dictum eſt
quaſi ama amare: mone monere: muni munire. Itẽ in tertio ordine correptæ ſcribe ſcribere
Itaq; quoq; niſi dice: duce: face: declinetur ducere. dicere. facere infinitiuũ eſſe nõ poterit. Præ
autem qui putant accedere præpositioni figurā & ordinē. Figurā: qa sunt præposiones simplices ut abs. cōpositæ ut absq;. Ordinē quia sūt pposítiuæ: ut sine: subiūctiuæ: ut ten9. Sed hæc nos similia i his numeramus quæ i æqualia ooiaotur. Casibus seruiūt accusatiuo dūtaxat & ablatiuo. Sed scire nos cōuenit præpositiones ius sum tūc retinere cū præponūtur: suppositas uero significationē & uim ppriā nō habere: Separatæ præpositiōes separis Præpositionib9 nō coberēt & aduerbia faciūt: siqñ illas non subsecūtur casus. præpositiōes aut ipsa uerba corrūpūt ut cōficio. aut ipse corrūpūtur. Casibus seruiūt præpositiooes accusatiuo dūtaxat ablatiuo, antiq ēt genitiuo casui præpositiones cōiūgebāt. ut Virg. Crurū tenus: & laterū tenus bispida nati. Quædā cōmunes utriusq; casus: nōnullæ præponūtur: aliæ tātum uerbo quædā tamē casui mutato aliæ accētu i aduerbiis accedūt. nōnullæ tā casui quam uerbo loquelis seruiūt ut. si dicas scribo adiectis ppositionibus boc genere uariant: ut cum: de sub conscribo describo subscribo. Præpositiones aut casibus tantūmodo seruiūt aut solis loquelis. aut utrisq; cōiter. Casibus tantū seruiūt ut apud penes. Sūt aliæ quæ batū inueniūtur exēplo loquelis tātū iūgūtur: ut an cō: di: dis: se: re: ut amplector. cōgredior. diduco. distraho: separo refero. Cætere ppositiones & uerbis ibærēt & casibus: ut p būc modū admoneat obrē quæ casibus seruiūt aut accusatiuo ant ablatiuo copulant quæ accusatiuo casui seruiunt iungunt hoc modo. Ad domū aduersus bostes. citra italiā circū muros. erga conscientiam iter cū propinquos. infra potētes. post domū præter paucos. pone tergū. trāsalpes iuxta ædē usq; galeā ante iudices: cis tyberim. contra græciā circa forū: extra ciuitatē: intra opidū ob amicitiā. penes plurimos pp spē: secundū disciplinā: p puinciā: ultra terminū: prope me est: ut dicit Cicerone i Pisonē proximus Pompeium sedebā: sed & datiuo casui. Idē Cicero dixit at Atticū propius grāmatico accessi nepos illustri. Salustius proxima Carthagini loca Vir. Proximus huic loco: sed proximus iteruallo. Itē ppius stabulis armēta tenerēt: ablatiuo casui bæc sic iungūtur a propinquis: ab boie: absq; nobis cū sociis: corā amicis: clam patre de ciuitate: e foro: ex prouícia. pro fratræ: præ dolore: palā oībus: sine domino. tenus crure. Et quæ utriusq; casibus seruiūt ut in sub: præpositiones accusatiuo tūc iungunt quando aliquo nos transferimus: ut in rus eo: in prouinciam uado: sub montem pergo: Cum uero in ipso loco sumus ablatiuo casu utimur. ut i rure sto. in prouincia sum: sub monte moror. Super etiam & subter licet rarius utrisq; casibus seruiunt. Nam dicimus & super terrā & super terra ut statoq; super discumbitur ostro. & gemina super arbore sidunt & ligna super foco large reponens. Item super testudinē & super testudine: & subter mare: & subter mari. Præpositiones in. ex. per. de. pro. præ. tam uerbis præponuntur quam casibus amplectuntur. Sed iunctæ uerbis sine nominibus modo significationem augent: ut impotens. exosus. edurus. deam o perodi. promissa uerba per pigue. modo diminuūt. ut inscius. excors. inermis. deformis. perfidus. profanus.

De præpositionibus quæ sub uaria significatione apud auctores reperiunt. In præpositio significat modo id quod est ualde: & uim uerbi cui præponit ut superius auget. ut increpuit. insonuit. Virgilius Turnus ut infractos modo significat idem quod non & uim uerbi inminuit coi præpooitur. ut inualidus. infirmus. Ponitur & pro eo quod est ioter ut Panthesylea furens mediisq; i milibus ardet. Item aut capbyn: aut celsis in pupibus arma cayci & pro aduersus: ut in patricidam: in tyrannum: ut Virgilius Quid meus æneas in te committere tantum? Et ipse deos in dardana suscitat arma. Et pro modo qualitatis ut quem pellis aenis in plumam squamis auro conserta tegebat. Et atq; buic in faciem soror ut conuersa m etisti. Interdum pro particula superuacua: ut Nosco crines incanaq; mēta: Interdum qualitatem habet ad peius deterius pendētem: ut Quam semel informes uidisse cyclopas. Nō enim nullius formæ significat: sed malæ formæ. Sed æque dicitur uulgo deformis. Itē apud Virgilium. Et pirgi ueteres intempestæq; grauistæ. Nam & hic non nullius: sed malæ tem-

pestatis: ac per hoc insalubres pestilentesq́. ponitur & pro qualitate ordinatiua: ut cum dicimus: opus in dies crescit ut Virgilius: Inque dies auidum caput altius effert. & Tulli9. Crescis in dies singulos & pro spacio temporali: cum significatur quæ adhuc. ut cum dicimus mane in noctem: ut apud Virgilium. Fœlix si protinus illũ æquasset nocti ludum in lucemque tulisset. Ponitur & pro præpositione pro: ut cum dicimus. Hoc minus in magnum habeo: ut Virgilius. In magno munere Cyseus. Esse sui dederat monomentum & pign9 amoris. & Salustius in primo historiarũ libro: ut. Et facta in gloria numero & si liceat auidius fecerit. Sub præpositio significat modo supra: ut ter flãma subiecta reluxit: & corpora saltu subiiciũt in equos idest supra iaciunt. modo infra caudamq́ remulcens. Subiecit pauitantem utero siluasq́ petiuit. Item pedibusque rotarum subiiciũt lapsus. Significat & prope ut quo deinde sub ipso ecce uolat. Item classemq́ sub ipsa Antandro. Ponitur & pro præpositione in: ot namq́ sub ingenti lustrat dum singula templo & Quam semel informe uasto uidisse sob antro. i. in tẽplo & in antro. super præpositio significat modo de: ut multa sup Priamo rogitãs. & hæc sup aruorũ cultu pecorũq́ canebã. & super arboribus. Modo & pro præpositione pro: ut nec super ipse sua molitur laude laborẽ; & nil super iperio moueor. Ponitur & ꝓ i super & amplius. ut cui neq́ apud danaos usq̃ locus insuper ipsi dardanide & cætera. Item ecce super mœsti magna diomedis ab urbe. legati responsa ferunt; & pro desuper: ut hæc super e uallo prospectant troes. & Superq́ in mane batatrum cernitur. Item gemina super arbore sidunt; & pro superest ut ille aũt (neq́. n. fuga super ulla pericli) Et o mihi sola meis super asti anactis imago. Item & ultra significat ut super garamantas & indos ꝓferet imperium. Pro præpositio significat porto ut cum profundum dicimus pelagus; cui porro sit fũdus: ut hinc altas cautes proiectaq́ saxa pachiui: & ꝓiecto dum ede leuo aptat se pugnæ significat et ante. ut soli pro portis Mesapus & acies Atinas; sustentant acies & cũ pro nauiũ; procosona & proscænium diximus locũ qui est ante scænam; Itẽ prodere ante dare significat: ut prodere patriam dicitur. Modo porro dare & propagare: ut italiã regeret genus alio a sanguine teucri proderet; Modo in præpositione ut cũ dicimus pro rostris: pro tribunali ut apud Virgiliũ Hirsutumq́ supercilium. promissaq́ barba. i. immissa; & pro eo quod est αντι apud græcos ut cum dicimus ceruam pro yphigenia: & pro dulci Ascanio ueniat: & ꝓ eo q̃d est ὑπερ ut Vnũ illud tibi nate dea proq́ oibus unũ ꝓdicã. Ex & ab ꝓpositiones si sequẽs uerbum a uocali incipiat integre efferuntur; ut ex opido. ab illo si consonantes sequentur extremam litteram perdunt ut e foro: a marco. Similiter si uocalis sequatur consonantis loco posita: ut a Iunone: e uirtute: e uino. Has præterea præpositiones ut quibusdam uidetr non idem unumque significant nec enim unum ẽ ex theatro uenire & a theatro ex; theatro se uenire dicit qui ex ipso uenit theatro; qui uero dixit a theatro non ex ipso theatro: sed a loco qui proximus est theatro. His præpositionibus contraria potestate sunt; ad: & : in : quæ & ipse non unum idemque significant; quia in forum ire est in ipsum forum intra ad forum autem ire in locum proximom foro: ut in tribunal & ad tribunal uenire; non unum est quia ad tribunal uenit litigator, in tribunal uero prætor aut iudex.

COniũctio est pars oracionis ĩdeclinabilis expulas sermonẽ & cõiũgẽs uim & ordinẽ partis orationis. Nã ab hoc meruit nomẽ quia pro uinculo interpoitur orationi laxũ enim & diffusum sermonẽ more cathene interposita deuincit Palemon ea ita finiũt. Cõiũctio est pars orationis innectens ordinansque sentẽtiã. Cõiunctionũ quædã sunt pricipales; aliæ subsequẽtes; aliæ mediæ; Mediæ quibus utralibet parte posiiis sine uitio coniũgitur oratio. principalis est cõiunctio ut: Sed qui te niuum casus age fare uicissim. Nã ille ordo ubi postponitur poeticus est per anastrophen factus ut ipsa sed i somnis inhumao uenit imago. Subsequẽs est quæ media est Coniunctioni accidunt figura; ordo potestas; Figura est qua apparet an

ſimplex ſit ut nã; an cõpoſita ut nãq; Ordo coniũctionũ triplici genere ſeruãdus eſt Primu quo apparet utrũ ꝑpoſitiua ſit ut nã, an ſubiũctiua ut quæ uel quæ præponi & ſubiũgi poſſit, ut itaque nanque. Poteſtas cõiunctionum in quinque diſtributa ſpecies diuidit᷑. Sũt eni copulatiuæ; diſiunctiuæ; expletiuæ cauſales; rationales: Copulatiuæ hæ. &. quæ. at. aſt. atq;. At hæc particula cũ coniunctio eſt p. t. ſcribitur. cum præpoſitio eſt p; d. Diſiunctiuæ aut uel nec. neq;. an. ne. neu. neue. Expletiuæ quidẽ æquidẽ. quoq;. autẽ. tãmen. porro. profecto. deĩde. ſaltẽ. nimirũ. uero. Cauſales ſi & ſi etiam ſi; ſi tamen; tametſi; ſiquidẽ quando qdẽ; quoniam quinetiã; ſin ſinetiam; ſeu ſiue. nam namq;; niſi; ni præterea. enim; & enim ſed quia quãdo. Hæ cõiunctiones quia & quoniã hoc diſtãt; quia reſerẽtis; & quoniam iterãtis poſt interrugationẽ alicuius eo; ideo iccirco ꝓpter gratia cauſa hæc ubi cauſa redditur rerum cõiungere orationẽ ſolẽt. Ita nõ dedit qa nõ habuit. Si coniũctio & ſimplex & copoſita pro ducitur ſed ꝓpoſitiua q̃dã ꝑticula ut ſiquidẽ; ſuppoſita uero corripit᷑ ut niſi reconcinatiuæ; ſed quãobrẽ præſertim; itẽ; itẽq;; ſiue; cæterũ; alioq; at q. n. eteni; eniuero. qa quapropter; ꝑꝑ qppe. quotiã. quoniã qdẽ ergo; ideo; adeo; ideo q; ſcilicet. propterea. quare; quo circa; qppe ut pote. ſane uidelicet. itaq;; quãuis. licet quãquã quãdo graui accẽtu quatenus; quãdo qdẽ. Dictæ ſũt rõnatiuæ qd quãq; rẽ ꝓpoſita ratione cõfirmat i hũc modũ. Lucet igitur dies ẽ. Nã hic ratione collegit lucẽ eſſe quod dies eſt ſeu diem ideo eſſe quod lux eſt. Sũt autẽ præterea ut ait pli. illatiuæ hæ quãquã; q̃uis; tametſi. Item ſinitiuæ dicunt᷑ hæ dũ; quãquã anteq̃ poſtq̃ quatenus. Itẽ optatiuæ; utinã ne uelim. Subiũctiuo tametſi & quæ ab eo cõpoſita ſũt tametſi anteq̃. donec. quãuis; dũmodo. licet. poſtq̃; priuſq̃; donicũ. pro donec accipitur; aut pro dũmodo. nec te moueat ſi quædã eſſe ea aduerbia cõiunctiones recognoſces. Sunt etiã actiones quas icertũ eſt utrũ cõiunctiones an præpoſitiones an aduerbia nominemus; quæ tamẽ omni ſenſu facile dinoſcũtur. Nã & cõiunctiones pro aliis cõiunctionibus poſitæ inueniũtur poteſtate mutata. Sunt alie & aliquid relatiue; ut ait idem Pli. ſiue comparatiue magis; potius imo. In hũc modũ hic erat imo ille uel potius ille. Idem ait comparandi poteſtatẽ habere tãquã; ſed hæc uident᷑ aduerbia magis ſimilitudinis ut tanquã bonus amicus. & tã ille quã is. Et cõiunctio id ualet quodq;; ſed hoc differt. ꝙ hæc nõ modo ſubiungitur ſed etiã præponitur modo geminatur; ut q ſœdere certo; Et præmere; & laxas ſciret dare iuſſus habenas modo ſimpliciter elata ſed figurata; ut labitur unda uadis; abies mirãt᷑ & unde. miratur nemus. modo interrogatiua ut; Et quæ tanta ſuit Romam tibi cauſa uidendi; Modo indignatiua; & quiſquã numẽ Iunonis adoret. Modo confirmatiua ut. Et dubitamus adhuc uirtutẽ extẽdere factis; Modo cauſalis. Et gens illa quidẽ ſumptis nõ tarda pharetris. Modo adiunctiua & promiſſiua ut Dic quibus i terris & eris mihi magnus Apollo. Modo adiectiua pro etiam; ut quorũ iphitus æuo; Iam grauior pellias & uulnere tardus Vlyxi. Modo ordinatiua; ut ſtigentis & ungũt. Modo ſuperlatiua ut. Q uicquid ideſt timeo danaos & dona ſerentes. Modo diminuta per gradus. Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Fortunatus & ille deos qui nouit agreſtes. Aut coniunctio dubitatiua ſi geminetur habet poteſtatem quæ dicit aut librum uolo aut precium. utrunq; ex æquo deſiderare ſignificat. Aut pelago danaum inſidias ſuſpectaq; dona præcipitare iubet. ſubiectiſq; urere flammis. Aut terrebrare cauas uteri & tentare latebras; Submerſas ue obrue pupes. Aut ſi ſemel pronuntiatur deminitiua eſt. & gradũ habet ad inferiora tendentẽ; ut dicimus eum librũ uolo aut ꝓcium; ut ſi liber quem potiſſimum uolo minime reddatur. tum quod ſecundum præcium. ut incute uim uentis. & corpora diſice pooto. aut age diuerſos. Nam furens Iuno & irata quod potiſſimum graue petebat optauit. deinde quod ſecũdum. Huius coniũctionis qualitates ſunt multe modo enniũctiua eſt cum dicimus aut da mihi. aut rapio; ut nymphe noſter amor lypetrides. aut mihi carmen. Q uale meo codro concedite proxima phœbi. Verſibus ille facit aut ſi non poſſumus omnes. Modo hortatiua eſt ita aut tu magne pater diuũ miſerere ut eſt

dictum & illud. uel ut quod ſupereſt inſeſto uulnere morti. Si mereor dimittere. mõ coniunctiua pro & ut. Moliri ne moram: aut ueniendi poſcere cauſas. Et pro q;: ut liqnidas coruis preſſo ter gutture uoces. Aut quater ingeminant, pro quaterq;. Modo pro ſeperatiua: ut aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto. Itẽ Media inter cornua ſndit aut ante ora deũ pinguis ſpatiatur ad aras. i. modo fundit mõ ſpatiatur. Itẽ ſemineces uoluit multos: aut agmina curru. Poterit, aut raptas ſugientibus ingerit haſtas.

INteriectio eſt pars orationis affectũ mentis ſignificans uoci cõdita. Interiectioni accidit ſignificatio: tãtũq; aliis partibus orationis interiacens inſeri ſolet. Hæc uel ex cõſuetudine, uel ex ſequẽtibus uerbis uariũ affectũ oſtendit exultantẽ ſignificat ut euax: aut uoluptatẽ: ut uha, aut dolentẽ: ut ue aut lugentem: ut heu; aut timentẽ, ut hei at at; aut admirantẽ ut pape, aut arridentem; ut ah ah: aut ortantẽ; ut eia age agedum, aut traſcentẽ: ut neſas pro neſas; aut laudãtem, ut euge; aut uitãtem; ut apage, aut uocantem, ut eho; aut ſilentium. ut ſi aut ſi. Ironiã ut hui: aut intentius aliquid demonſtrantem; ut enim, aut ex improuiſo aliquid deprehendentem: ut at at; & ſi qua ſunt ſimilia quæ affectus potius q̃ obſeruationes artis indicant ſunt plurimæ dictiones; ut heus, heu eia en certe inter aduerbia & interiectionem: etiam a le partes orationis pro interiectione ſingulæ plures ue ponuntur, ut eſt em ellnm amabo; neſas pro neſas; malum; miſerum neſandum. Has enim ut aſſerunt multi in quibuſdam locis interiectionis eſſe ipſe declarat affectus: & ſere quicquid animus orationionis inſeruerit quo detracto textus integer repeɾitur numero interiectionis accedit. Interiectionẽ græci inter aduerbia poſuerunt: latini ideo ſepararunt quia huiuſcemodi uoces non ſtatim ſubſequuntur uerbum & late multiplex interiectionis cauſa conſiſtit. Memoria eſt uelox animi & firma perceptio, cuius facultatem ſouet exercitatio lectionis enarationiſq; intentio: ſtili cura: reddiſio ſolicita; & diligens iteratio atq; repetitio frequens.

IN primo libello ſermonis uniuerſa membra, quæ prima legentibus artis grammaticæ ſtudia præcipua eſſe uidebantur pro qualitate ingenii puto me ſatis expoſuiſſe: nec ullius ſugere ſcientiam arbitror totam loquendi materiam diſputandiq; ſubſtantiam partibus orationis adminiſtrari. In hoc uero quid eſſet grammatica: & quibus aliis adminiculis inſtruamus; explicabimus. Vox eſt ut ſtoicis uidetur ſpiritus tenuis auditui ſenſibilis quantum in ipſo eſt. Fit autem uel ex illis auræ pulſu: uel uerberati aeris ictu. Omnis uox aut articulata eſt: aut confuſa. Articulata eſt rationalis hominũ loquelis explicata, eadem & litteralis uel ſcripſilis appellatur, quia litteris comprehendi poteſt: Confuſa eſt irtationalis uel inſcripſibilis ſimplici uocis ſono animalium effecta quæ ſcribi non poteſt; ut eſt equi hinitus: tauri mugitus, quidam etiam modulatam uocem addidere tibiæ uel organi: quæ quamq̃ ſcribi non poſſit; habet tamen modulatam aliquam diſtructione. Vnde quidam tria uocis officia deſignant, eloquium tinitum; ſonum Eloquium eſt humane pronunciationis expreſſa ſignificatio facilem mentibus exprimẽs intellectum. Tinitus eſt fabricatæ materiæ illuſo tenui ſono auditionẽ augens. Sonus eſt corporalis colliſio repentinum auribus inferens fragorem: quid q; ueteres omnes ſonos uoces dixerunt ut fractaſq; ad littera uoces. Ars eſt rei cuiuſcunq; ſcientia uſu; uel traditione: uel ratione præcepta tendens ad uſum aliquem uitæ neceſſarium. Tul. hoc modo eam diffininit. Ars eſt præceptionum exercitarũ cõſtructio ad unũ exitũ uitæ utilem pertinentiũ. Ars dicta uel q; arcto pcepto ſingula diffiniat & uelut uias quaſdã oſtẽdit uel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς unde ueteres artẽ p uirtute appellarũt. Artiũ genera ſũt plura: quatũ grãmatice ſola litteralis ẽ ex qua rhetoricæ & poeticæ cõſiſtunt. Iccirco litteralis dicta quod a litteris icipiat. Et. n. grãmaticus latine litteralis eſt appellatus: & grammatica litteratura quæ formã loquẽdi ad certam rationem dirigit. Diffinitio eſt oratio quæ id de quo q̃ritur aperte deſcribit & determinat Cice.

sic eã diffinit. Diffinitio est oratio q̃ quid sit de quo q̃ritur ostendit q̃ breuissime. Littera est pars minima uocis articulatæ ab elemento incipiens una figura notabilis Scaurus sic eã diffinit. Littera ẽ uocis eius q̃ scribi põt forma. Elemẽtũ est minima uis: & indiuisibilis materia uocis articulatæ: uel uniuscuiusq; rei initiũ a quo sumit̃ incremẽtũ: & in qd' resoluit̃. Huius figura littera uocat̃ & sunt omnes figuræ litterar̃ nũero. xxiii. Sed har̃ potestetas quas elementa nominamus plurimæ intelliguntur. Litteras ẽt ueteres elementa dixerũt: q̃ oratio nẽ uelut quædã semina cõstruãt atq; dissoluãt. Et. n. differt utrũ quis dicat elementũ an litterã per se. quia elementũ quidẽ est uis ipsa & potestas. littera aũt figura est potestatis a uero nomen est & potestatis & figuræ. Igitur elementũ intelligitur: littera scribitur & nominat̃ littera dicta quasi legitera: quia legitur uel q̃ legentibus iter ostendit. uel a litura quã patitur uel quod legendo iteratur. Accidũt unicuiq; litteræ tria nomẽ. figura: & ptãs. Nomen est quod dicitur uel pronunciatur; figura cũ scripta aspicitur uel notat̃. Potestas est qua uel in ratione metrica. i. eũ ad proprietatẽ suã a reliquis segregat̃. litteræ q̃bus utimur sunt tres. & xx. Hæ sunt a b c d e f g h i K l m n o p q r s t u x y z. Har̃ differentiæ sunt tres. Prima differẽtia in litteris qualitates habet duas quod aut latinæ sunt aut græcæ: latinæ sunt una & . xx. grecæ duæ y z quæ in usum nostrũ propter nomina græca uenerunt. Ex his uocalis est y. Nã & in ea obseruare debemus quæcũq; uocalibus obseruantur z semiuocalis est. Secũda differẽtia est in litteris qualitates æque duas babet q̃ aut uocales sunt aut cõsonantes. Itẽ cõsonãtium quædam semiuocales; quædam mutæ. Vocaliũ potestates sunt duæ. Quædã pronunciatæ singulæ syllabas faciunt & p̃feruntur. Quædam consonantibus iunctæ syllabam faciũt. Vocales ideo dictæ q̃ ad scribẽdas uoces articulatas necessariæ habentur: has quidã sonantes appellant; sunt autem numero quidẽ quinq; a e i o u potestate aũt septẽ. si q̃dem e & pro ε & pro ει & pro η græcis ponitur. Nãq; e breuis est scripta p̃nũciatione lõga ut cõticuere. & μ ηνια & o p o & ω græcis similiter ponitur: ut rapti ganymedis honores. Ex his igit̃ uocalibus i & u trãseunt in cõsonãtiũ potestatem cum aut ipse inter se geminantur: ut iuno uita: & quãdo aliis uocalibus explicantur: ut uates: uelox: uox: ianus: iecur: ita tamẽ ut quæ prior expolita fuerit uicem & uim cõsonautiũ obtineat. bæ etiam mediæ dicũtur quia in q̃busdã expressum dictionibus sonũ nõ habent: ut uir optimus: extra quã forma u littera interdum nec uocalis nec consonãs hẽt ut cũ inter q litterã cõsonãtem & aliã uocalẽ cõstituit̃ ut quoniã: quidẽ huic. Itẽ digãma ascribi solet; ut cũ sibi ipsa præponitur: ut seruus uulgus: litteram geminari in una syllaba posse plurimi negãt: latinæ uocales oẽs & corripi & p̃duci possunt: atq; his solis aspirari q̃dã existimãt. Cõsonãtes aũt sũt. xv. b c d f g h K l m n p q r s t x & adiecta z q̃ græca ẽ fiũt. xvii. Nã & i eo cõsonãtiũ sonũ obseruare debem⁹. Cõsonantes appellãtur q̃ iterdũ p̃iectæ: iterdũ subiectæ uocalib⁹ cõsonãt. Tertia dr̃ia i litteris qualitates hẽt tres: q̃ aut semiuocales sũt: aut mutæ: aut duplices. Semiuocales sũt. vii. f l m n r s & x sed adiecta z octo fiũt. Ex his. x. duplex ẽ añ q̃ iuẽtã g & s uel c & ueteres scriptitabãt. & adiecta z fiũt duo; sed bæc græca admissa græcor̃ noium cã pro hac ueter̃ q̃dã i uocalẽ nõ nulli duas. s. ponet̃ solebãt unde iugũ efficit̃ q̃si ζυλον & Iuppiter uelut ζεῦς pr̃ messẽti⁹: & pitissate: & tabilissare &c. bmõi usũ ueteres declarabãt liq̃dæ. iiii. l m n r ex q̃b⁹ l r subiectæ mutis cõmunes syllabas faciũt. & s littera suæ cuiusdã ptãtis est. ideo apud græcos monadicon appellator: q̃ in metro plerũque uim cõsonãtis amittit. Itẽ ex illis f littera supponitur liquidis quemadmodum muta quælibet & communem syllabam facit. Semiuocales dictæ dimidium eius potestatis hẽnt: & enim inter se enunciantur sed per syllabam nec plenam uocem faciunt. Mutæ sunt quæ sine auxilio uocalium nõ possunt enunciare. Mutæ sũt quæ nec proferri possunt nec syllabam facere. Sunt aũt numero nouem b c d g b K p q t. Ex his q̃busdã supuacuæ uidentur. K & q q̃ c littera har̃ locum possit implere: sed in enim⁹ in calẽdis & in quibusdam similibus noĩbus q̃ K necessaria scribitur; & q̃ q cõsuetudine scribitur

eũ in una eadẽq; syllaba u littera antecedat: & habeat sibi adiũctam uocalẽ: ut quærimus h
quoq;: iterdũ cõsonãs iterdũ aspiratiõis credit̃ nota. Hæc sic mutæ subiecta fuerit χ notat
græcã si p ꝓposita fuerit φ significat. Itẽ si t ꝓposita fuerit aspirationi pro θ ponit̃ græca sicut
& s simul positæ ψ græcã asserũt litterã. Cæterũ h uocalibus nunq̃ supponitur nisi in interie
ctione ah quæ turbãtis uel dolẽtis ostẽdit affectũ g nnua est cõsonãs in cuius locũ c solebat
apponi: ut hodie cũ Caium cæsarẽ notamus scribimus. C. Cæsarẽ. Ideoq; ẽt post b litterã .i.
tertio loco digesta est: ut apud græcos c posita reperitur i eo loco. Mutæ dictæ q; ꝑ se sine admi
niculo uocalium non possunt enunciari. Ita fiũt oẽs qualitates litterarum numero. vii. q; aut
latinæ sunt aut græcæ: aut uocales aut cõsonantes: aut semiuocales: aut duplices: aut mutæ:
& hoc scire debemus q; f littera tantum scribitur cum latina dictio scribitur ut fœlix. Nam
si peregrina fuerit p t h scribimus ut phœbus. phœthon quidam latino sermone. x. &. vii. lit
teras crediderunt: si quidẽ ex. xx. &. iii. una aspirationis nota est h una duplex x duæ super-
uacuæ K & q duæ græcæ y & z f tum scribimus cum latinus est sermo: nam peregrinis p h
posimus. Vocalis dictonos per se facit syllabas & breue & longas. Itẽ cõnexa cum aliis tam
præposita q̃ media finiẽsq; ut hala. Nota etiam prænominis cum aulum sola significat b cõ
sonans muta tam præponitur uocalibus q̃ subiungitur: præponitur: & semiuocalib9 ut ble
so bracũq; propinqua p lræ qua sæpe mutatur ut supponunt opponit c cõsonans muta tam
præponitur uocalibus q̃ subiungitur: : ut caput accepit: concidit: occidit c nota est præno-
minis cum sola Caius notat. Item numeri cum centum significat d consonãs nota tam præ
ponitur uocalibus q̃ subiungitur litteris consonantibus numero. vii. bis c g l p r s t quæ suc
cedunt in locum eius ut accipe: aggero: alligo: appete: arripe: asside: attẽde. Nota prænomi
nis dentium significat. Itẽ numerum cum quingentos scribimus e uocalis dichronos per se
nominata. Itemq; cũ aliis iuncta & breuis facit syllabas & lõgas f consonans semiuocalis ꝑ-
positiua q̃ sola ex semiuocalibus præponitur liquidis quẽadmodũ muta quelibet & cõmu-
nẽ syllabã facit ph in græcis dũtaxat nominibus utimur ut phaeton. Tam incipit in syllaba
præpositiua uocali q̃ semiuocali. uocali ut flagellũ. Itẽ subiũctiua uocali ut officit afficit g cõ
sonans muta præpositiua quæ tam supponitur uocalibus quã subiungitur ut aggero. præ-
ponitur & consonantibus: ut agmine magno gregẽ glire b consonãs muta proprie cõtinẽs
aspirationem subiunctiua r liquide consonantis recepta uulgo in numerum mutatur omni-
bus uocalibus præponitur: nulli subiungit̃ nisi consonantibus ut in thracia & nominibus
græcis i uocalis dichronos quæ interdum media geminatur & præposita sibi aut alteri uoca
li transit in consonantiũ ptãtam. Nota numeri cum unum significat K cõsonans muta super
uacua utimur quando. a correpta sequitur ut calendæ: caput calumniæ l consonans semiuo
calis liquida quæ tam præponitur uocalib9 quã subiungit̃: ꝑponitur: ut laudo: lege: lites: In
eum & his similia scribimus. Item subiungitur consonantibus: ut Claudium clementemq;:
& Clodium clusiumque nominamus. Nota prænominis cum sola posita Lucium signifi-
cat. Item numeri cum pro quinquaginta ponitur nam subiungitur tanquam alma m conso
nans semiuocales liquida tam præponitur uocalib9 quã subiungitur cũ agmina fragmenta
dicimus. Nota prænominis cum sola scripta marcum significat & adiecta ad extremam li-
neam uirgula. Alium n consonans semiuocalis liqda tã præponit̃ quã subiũgit: uocalibus
ut natus ante. Itẽ subiungit̃ mutis. ut enidi9: pomiades: cidnus. Nota prænominis sola nu-
merum significat. Itẽ præposita sibi g gneum: quẽ antiqui CN. e. scribunt n uocalis dichro-
nos tã ꝓducit̃ quã corripitur: & singularis: & cũ aliis copulata p consonans muta tam ꝑpo-
nitur uocalib9 quã subiungitur: ut i his ponit ꝑponit: ꝑponitur etiã cõsonãtibus ut plaudit.
Nota ꝑnominis cũ sola publiũ significat: & cũ r posita populũ romanũ: & subiecta r litteræ
rempu. & præposita c litteræ patres conscriptos. Q. consonans muta ex c & u litteris com-
posita superuacua qua utimur quando u & altera uocalis in una syllaba iungitur: ut quiri-

nus. Nota ꝑnoīs quītū significat. Itē honoris q̄storē īdicās: nec min9 populū. Cū ea notam9 q̄rites .r. cōsonās semiuocalis liq̄da ꝑpositiua. & eadē subiūctiua uocalib9: ut roma: ramus: arma orbis. Itē cōsonātib9 subiūgit̄: ut ī crasso: crure: prudēter. H quoq; cōsonāti uel aspiratiōis notæ: ut rhodius: sed ī græcis dūtaxat noībus s cōsonās semiuocalis suæ cuiusdā ptātis ꝑpositiua uocalib9 & subiunctiua: ut satis asper. Itē ꝑpositiua t cōsonāti tātū: ut stat9. T cōsonās muta ꝑpositiua liquidaꝝ & uocaliū & eadē subiūctiua p c s cōsonantiū ut ctesiphō stichus: trabea: & æma. Nota prænominis cū sola titum significat t littera tā præponit̄ uocalibus q̄ subiungit̄: ut tulit: attulit. præponitur & cōsonantibus ut trabe. V dicor nos uocalis media quæ geminata digāma accipit & præposita sibi aut alteri uocali transit in cōsonantiū ptātem. ut uulgus ualēs: uiuit: uelox: uox. Nota numeri quoq; significat x littera composita quā ideo duplicē dicimus quoniam constat ex c & s litteris in media tātū parte locutionū un calibus apud nos præposita: ut maxime maximo aliquando finiens ut uertex frutex. In peregrinis tantum nominibus prima ponitur: ut in xantho xenone. Nota numeri cum decem significat. Item x consonans semiuocales duplex quæ constat aut ex c & s ut pix picis aut ex g & s ut rex regis. Sunt nomina in quibus neq; g neq; c possunt proferri: ut nix niuis: senex senis. Hæc autem nomina priuilegio quodā cōtra ratioνē declinantur y uocalis dichronos græca quæ pp græcas dictiones admittitur: ut Hymeneus, Cyrus: Hylas z consonans semiuocalis duplex græca ēt propter græca uel barbara nomina admittitur, ut zenon. Mezentius: gaza pro hoc ueteres duabus ss utebant̄ ut messentius: & pitisso & rabilisso.

GRāmatica ē specialiter sciētia exercitata lectiōis & expositōis eoꝝ q̄ apd̄ poetas & sciptores dicūt̄ apud poetas ut ordo seruet̄ apud scriptores: ut ordo careat uitiis grāmatice ptis sūt duæ. Altera q̄ uocat̄ exegetice: altera horistice. Exgetice ē narratiua q̄ ptinet ad officia lectōis. Historici ē finitiua q̄ ꝑcepta demōstrat: cui9 species sūt hæ: ptes oratiōis uitia uirtutesq;. Tota āt grāmatica cōsistit ꝑcipue itellectu poetaꝝ: scriptoꝝ: & historiaꝝ prōptā expositiōe & ī recte loquēdi scribēdiq; ratione. Grāmaticæ officia ut asserit Varro constat in partibus quattuor: lectiōe enarratione. emēdatione. iudicio. Lectio est artificialis interptatio uel uaria cuiusq; scripti enuntiatio seruiēs dignitati psonaꝝ exprimensq; animi habitū cuiusq;. Narratio est obscuroꝝ sensuū q̄stionū ue explanatio: uel exq̄sitio: p quā unusquisq; rei qualitatem poeticis glosulis exoluimus. Emendatio est qua singula ꝑ ut ipsa res postulat dirigimus extimantes uniuersorum scriptoꝝ sentētiā diuersam: uel correctio eoꝝ q per scripturā dictionem ue fiunt. Iudiciū est quo omnē orationem recte uel minusq̄ recte pronūciatā specialiter iudicamus: uel existimatio qua poema cæteraq; scripta perpendimus. Grāmaticæ initia ab elementis surgūt: elementa figurant̄ in litteras: litteræ in syllabas cogunt̄. Partes orationis consumant oratione. Oratione uirtus ornatur: uirtus ad euitāda uitia exercetur.

SYllaba est proprie congregatio aut comprehensio litterarum enunciata. Fit autem ex omnibus uocalibus etiā ex singulis syllaba tā breuis q̄ lōga & ex copulatiōe uocaliū cōsonātiūq; tēpoꝝ capax. Syllabæ aūt dicuntur græce παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα latinæ cōnexiōes uel cōceptiōes dici possūt q; lr̄as cōcipiāt atq; cōnectāt. Syllabaꝝ modi sūt tā duo natura & positioē q̄ tres q̄litates. Aliæ.n. breues: aliæ lōgæ: aliæ cōes sūt. Breues sūt q̄ correptā uocalē habēt: & uō desinūt in duas consonantes: uel in aliud possit pro duabus cōsonatibus. Longæ aut natura sunt aut positiōe fiunt. Natura cū ut uocalis ꝑducit̄: ut a o aut duæ uocales iungūtur: ut au eu ae oe ei hui. Ex his diphthōgus ei cū apud ueteres frequētaretur usu posteritatis explosa est. Itē y græca potius q̄ latina est in græcis sumēda dictionib9. Sed hæ quæ natura sunt longæ modis quoq; ordinant̄. Primo quādo uocalis sola ē & ꝑducitur: ut est. Ah silice in nuda connixa reliquit: & dicitur is modus constat natura. Secundo cū di-

phthongus erit de qua dicim9 cōstat dipbthōgo ut au: eu: oe: ae. Tertiū quotiens sup cōsonātē ē: ut eu Priam9. & en ego uicta si iu de qua dicim9 incipit. Quartū quotiēs subter cousonāte ē ut Ne pete cōnubiis: & dicit̄ is mod9 sic terminat̄. Quito quotiēs iter duas uel plures cōsnnātes ponit̄ ut sol q terrarꝫ: & dicit̄ is mod9 hēt i se. Positiōe lōga fit syllaba modis. vii. Prio cū correpta uocalis i duas desinit cōsonātes ut ē in secessu lōgo locus. Altero cū excipit̄ a duab9 cōsonātib9: ut actiliōes dane. Tertiū si desinat i duplicē littera: ut nox. Quinto si sequens a duplici incipiat: ut axis. Sexto si desinat in unā cōsonātē & excipiatur a uocali loco consonātis posita. u. uel. i. ut at. Venus: at Iunn. Septimū cū correpta uocalis desinet & i terposita. i. excipiat̄ a uocali: ut furias Aiacis oilei. & troiaq nūc stares. & nate dea. nā te ma inribus &c. quoniā inter duas uocales duarꝫ syllabarꝫ posita. i. geminat̄. Sic eni scribi p geminatā litterā metri rōne desiderat. Siquidē pntestatē tuetur duplicis consnnātis. Vocales enrreptæ singula obtinēt tēpora pductæ bina. Dimidiū tēporis absq duplicib9 singulæ possident cōsonātes. Syllabæ ut ait Varro aliæ sūt aspæ: aliæ leues pceres aliæ: aliæ retoridæ: aliæ barbaræ: aliæ graculæ: aliæ duræ: aliæ molles. Aspæ sunt ut trux: crux: trans. Lenes: ut lana lima. Proceres sūt q̄ uocalē longā habēt aut penultimā: ut facilitas. Retoridæ sunt quæ mutam habēt extremā ut hic hæc hoc. Barbaræ sunt ut gaza. Greculæ ut hymnos: zenon. Duræ: ut ignotus. Molles: ut ædes. Cōmunis syllaba est longa in breuem uel cōtra certis obseruationibus uersa cōmuniū syllabarꝫ modi sunt. vii. Primus est cum correpta uocalis excipitur a duabus consonātibus quarꝫ prior sit muta: sequens uero liqda. Breuis eni hæc est. Vastosq ab rupe ciclopas & albaniq patres. Lōga ibi. At gen9 e siluis ciclopū & montibus &c. & perpetuis soliti patres cōsidere mensis. Syllaba eni quæ sine hac obseruatiōe poterat esse positione lōga breuis efficitur. F. quoq littera si præposita fuerit liquidæ quāuis semiuncales sit mutæ tamē obtinēs locū breuiat: quæ positione fieri longa poterat ut est ore fremebant. & talia flāmatn. Secūdus est cū locū breuis longa occupat p productā uocalem uel diphthongū finita pte orationis nec ulla iterposita cōsonāte ut est Te Corydono Alexi. & insule Ionio in magnn ut est Homericus ille ημετερω ενιοικω εν αργειτι λοθι πατριο. Itē γουλξιται αντιασ ασ ημιν απολοι γουαμυναι. tertius cū in fine ptis oratiōis uersu uice lōga ponit̄ uocalis correpta una iterposita cōsnnāte: ut Emicat Euryalus & munere. læt9 amici. Itē ostēdēs artē piter arcūq sonātē. & oia uincit amor: ut est apud Homerū νεσοραλο υκελαθεν ιαχηπινοντα περεπωησ. Quartū cū correptā uocalē quæ cōsonantes seqūt quarꝫ priori ē. s. littera quæ syllabæ rōne cōis: uelut sibillus posita uim cōsonātis amittit. Interdū enim liquidarꝫ mutant legē. Siquidē illæ subiūctiuæ mutis utranq potestatē possidēt hæc uero pluriū sibi defendit: nō enim solū subiūgitur: uerum etiā cōtraria præposita loco liquidæ fūgitur ut est ponite spes sibi quisq. & apud Lucilium infantibus paruis sic & Homeri uersus ille testatur. Quintus est cū correpta uocalē suscipit. z. duplex q̄ psitiōe longā possit efficere: uim plerūq duplicis cōsonātis amittit: ut nemorosa Zacyntbos. Sextus est cū pnomen hic uel hoc. c. littera terminata uocalis statim subsequit̄ quādo in his pnominibus. c. littera crassum & quasi germinatū cōtinet sonū. Est. n. in hoc tā pedis prima syllaba lōga q̄ tertia breuis. Hic uir hic est tibi quē pmitti sæpi9 audis. Septim9 ē cū correpta uocalis in unā desinit cōsonantē sequēte. h. quæ plærisq aspirationis nota uidet̄: ut Terga fatigamus hasta. Itē Aeneā homiuū quisq̄. sed modus supior quibusdā supfluus uisus est pcipue & hic utimur cū sufficit finitā esse partē nrationis ex his omnibus modis uno dūtaxat uti admittunt qui metrorum rationem sunt ad modum perspicaces.

ACcentus est acutus uel grauis uel iflexæ elatio orarīis uocis uetētio uel iclinatin aut iflexo souo regēs uerba. Nā ut uulla uox sine uocali: ita siue accētu nulla ē: & ē accēt9 ut qdā recte putauerūt uelut aia uocis. accētus dictus ē ab accanēdn q sit quasi quidā cuiusq syllabæ cantus. apud græcos iō προσωδια

dicitur ꝙ πρόσῳδο α Ἀεὶ κανὸ σῦλλαβαῖσ. Accẽtus quidã fastidia uocauerũt ꝙ capitibus
litterarꝫ ponerent̃. alii tenores uel sonos appellãt. nõnulli cacumina retinere maluerũt. Sũt
uero tres acut9 grauis & qui ex duob9 fact9 est circũflexus. Ex his acut9 in correptis semꝑ:
interdũ ꝑductis syllabis uersatur. Inflexus in his quæ ꝑducunt̃: grauis aũt ꝑ se nunq̃ cõsi-
stere in ullo uerbo põt: sed in his in quib9 inflexus est aut acutus. Cæteras syllabas obtinet
in græcis itaqꝫ dictioib9: cũ acutus tria loca teneat: ultimũ: penultimũ: & antepenultimũ.
Circũflexus aũt quodlibet syllabarꝫ sit dictio nõ tenebit nisi penultimũ locũ. Oĩs iungitur
pars oratiõis hãc rationẽ ꝑnũciationis detinet. Oĩs uox monosyllaba aliquid significans si
breuis est acuet̃: ut mel. fel. & si positiõe longa fuerit acutũ si licet tenorẽ habebit: ut ars: ps:
pix: nix: pax: Sin autẽ lõga natura fuerit flectetur: ut lux: spes: flos: sol: mõs: fõs: lis. Oĩs ue
ro disyllaba priorẽ syllabã aut acuit aut fletit. Acuit uel cũ breuis est utraqꝫ. ut citus lat9 erat
uel cũ positioue longa est utraqꝫ: ut solers; uel alterutra positione longa: & dum ue natura lõ
ga sit: ut pontus: posterior ut cohors. Si uero prior syllaba natura longa & sequens breuis
fuerit flectitur prior: ut luna: roma. In trisyllabis aũt & tetrasyllabis: & deinceps secũda ab
ultima semꝑ obseruanda sit. hæc si natura longa fuerit infectit̃: ut romanus: cethegus: ma-
rinus: crispinus: amicus: sabinus. quirinus. lectica. Si uero eadem penulõma positiõe lõga
fuerit acuetur: ut Catullus: Metellus: Marcellus. Ita tamẽ si positiõe lõga nõ ex muta & liq-
da fuerit: nam mutabit accẽtũ: ut latebræ tenebre: & si nouissima natura lõga itẽqꝫ penulti-
ma positione lõga fuerit penultima tamẽ acuet̃: non infectet̃: sic natura: ut sidenæ: thenæ:
thebæ: cumæ ut tabellæ: fenestre. Sin autem media aut nouissima breuis fuerit prima serua
bit acutũ tenorẽ: ut Sergius: malius: assia: fiscina: iulius: claudius. Si oẽs tres syllabæ lõgæ
fuerint media acuetur: ut romani legati prætores prædones. Pronomina quæ duplici mo-
do declinãtur. i. aut corripiũt aut ꝑducũt: mediã syllabã gtõ casu ostẽdunt. ut ipsius: illius.
Si uero mediæ longæ erunt: primæ graues: secundæ fiũt inflexe primæ acutæ sunt cum me
diæ breues: cũ uero mediæ longæ primæ graues. Exponendũ etiã placuit qui pedes acuto te
nore. aut circũflexo iteratione suprascripta cõgruunt. Oĩs pars orationis quæ possit meros
pedes cõplere hãc accẽt9 legẽ cõtinet. In disyllabis semꝑ acuitur: aut iflectit̃: acuitur si pyr
rhichius cõpleuerit sicut ꝑ bonos amor. Itẽ spõndeũ indifferẽter positũ si habuit. i. siue natu
ra siue positione fuerit longa utraqꝫ syllaba prior acuitur natura sic: ut Cumæ: Thebæ be-
ros: positiooe: ut solers. Iambumqꝫ: ut Cato: setes. Trocheum uero legittimum si comple-
uerit idest si natura lougam priorem syllabam habuit circũflectitur: ut meta: bruma: præ-
tor. Sin autem positione longa fuerit prior syllaba memorati pedis acuitur: ut pulcher asper
In trisyllabis dactil9 differenter positus & anapestus. Tribachus quoque tertiam ab ultima
acu desiderat. Dactilus natura qui est sicut lumina mœnia sydera claudius positione q̃ sit
ut Sergius. Similiter anapestus: ut Cicero regio. Itẽ tribachus: ut iulius palibachius & am
phibrachus: in penultima circũflexum habebũt: ita tamẽ ut natura sit lõga eadẽ penultima
Palibachius: ut roman9 legatus. Itẽ amphibrachus: ut cethegus: sabin9 monile. Notum si
positione longa fuerit eadẽ penultima mutat tenorẽ & acutũ hẽbit accẽtũ. palibachius ut
marcellus: amphibracus ut metellus catullus. Bachius & molossus indifferenter positi pe-
nultimam semꝑ acuũt. Bachius legittim9 sicut athenæ: fidenæ: positiõe: ut tabellæ: fenestre
huius aũt pedis si penultima posinõe longa ita fuerit ut excipiat tã ex muta q̃ ex liquida ac-
centus transferẽt ad tertiã ab ultima ut tenebræ latebræ: qđ genus syllabæ penultimæ qui-
dam omniuo breuẽ putabãt: qa non terminat̃. n. r. consonantes cõtra qdã lõgã qđ q̃uis nõ
terminet̃ consonantĩ nihilomin9 proxima syllaba a duab9 incipit consonantib9 & ꝙ natu-
ra litterarꝫ. b. & r. quæ mollis est nũc longã: nũc breuem syllabã efficiat. Ideo actum est ut
uaria hæc noĩa consuetudo ꝑnũciaret: & tenebras & latebras acuto accentu prima syllaba
effertur. Molossus itẽ semꝑ acuitur; ut romani. In tetrasyllabis aut deinceps eadẽ accẽt9 ra-

tio semp custodit᷑. Monosyllaba fere q̃ nunq̃ sunt uerba ꝓtotypa o lr̃a tã uersu q̃ ẽt prosa
similiter ꝓducta habẽt. Sane uerba græca græcis accẽtib⁹ efferimus. Si iisdẽ litteris enun-
ciauerimus in latinis neq̃ acut⁹ accentus in ultima syllaba pōt poni. nisi discretionis cã. ut in
aduerbio pone iõ ne uerbũ putet᷑ & in q̃busdã ꝑpositiõib⁹. Nã ꝑpositiões sepate monosylla
bæ quantũ in ipsis est acui debent; sed iunctæ casib⁹ aut aliis partibus interdũ uim suã ꝑdũt
secũturq̃ illã naturã & graui nõ acuto sono ꝓnũciant᷑: ut ꝓduco deduco. Itẽ inueniunt᷑ ra
to dissyllabæ q̃ acui desiderẽt ut est circũ iter deniq̃ circũflexus ponit᷑ i ea pticula q̃ ẽ apud
Virgiliũ. ergo Illi⁹ ergo uenimus. Cõ quoq̃ ꝑpositio cõplexa. s. uel. f. subiũctas litteras pro
ductita. o. ꝓnũciat᷑. f. ut cõfero cõfido: cõfestim: cõfertus: eodẽ mõ. s. ut cõsulo cõscendo:
cõsono cõsisto cõsul: & uersauice eadẽ aliis litteris ꝑposita corripit᷑: ut cõcio: cõduco: conti
uuo: cõuoco: conuerto: cõprehendo: cõgrego. Itẽ cõplexiua coniũctio siue copulatiua q̃ &
disiunctiua ue & relatiua: nec adiunctæ uerbis & ipsæ emittũt fastigiũ & uerbi antecedẽtis
lõgius positũ accumẽ adducunt & iuxta se ꝓxime collocãt. sicq̃ ut Liminaq̃ laurusq̃ dei.
Itẽ ue: ut hircanis arabis ue parat & calathis ne mineruæ. Ne ut boies ne feræ ne. In cõposi-
tis dictionib⁹ unus accentus est nõ minusq̃ una pte oratiõis: ut melesanus. Interea loci accẽ-
tus in integris dictionib⁹ obseruant᷑. In peregrinis ãt uerbis & in barbaris noĩbus maxime
in interiectionib⁹ nulli certi sunt. In his. n. maxime accẽtũ lex certa esse nõ pōt cũ sit absur-
dũ a turbato tenoris exigere tõnem accentũ legẽ uel destinguendi ratio: uel discernendi am
buiguitates necessitas sepe cõturbat. Accentus acuti nota ita p obliquũ ascendẽs in dexterã
partẽ. grauis nota ita & a summo in obliquũ quasi in dextrã partẽ descendẽs. Circunflexus
uero de acuto & graui figurat᷑ uel ẽ deorsum spectãs. Lõgus est linea a sinistra i dextrã pat
tem æqualiter ducta: & breuis uirgula similiter iacens sed pãda & cõtractior q̃si sursum spe
ctãs: utq̃ in illis sonos sicq̃ in his tpa dignosci uidemus. Hoꝝ aũt officio utimur ne ꝓducti
onis uel correptionis ratio cõfundat᷑. Apud latinos. n. v. litteræ uocales tã corripiuntur quã
ꝓducũtur. Inueniũtur. n. q̃dã noĩa omonima uerbis similia. alia quoq̃ aduerbiis de quibus
q̃d dici pōt nisi q̃ accentus sit arbiter discernẽs utriusq̃ significati differentiã sicut parẽs: ob
sequens significat: intelligit᷑ & pater: prius pticipiũ est tractũ a uerbo q̃d est parco. Posteri
us nomẽ quotiens. n. participiũ significat primã syllabã ꝓducimus: ut ẽ Virgilian⁹ ille. Iãq̃
ibat dictio parẽs: eãdẽ uero i altera significatiõe corripimus: ut ẽ alma parẽs. Item uerbis si
milia sicut ẽ nomẽ & uerbi prima positio. In noĩs significatiõe primã syllabã corripim⁹: ut
est tot adite labores: & in uerbis ꝓducim⁹: ut ẽ matrisq̃ allabit᷑ aures. & sũmas plabitur un
das. Itẽ aduerbiis: sic latæ ẽ aduerbiũ & uerbũ modi ipaiui. in aduerbio tã prima syllaba ꝓ-
ducitur ut ẽ Hic populũ late regẽ belloque supbũ q̃ i uerbi significatiõe corripitur ut ẽ: aut
aliq̃s latet error equo. Itẽ nec latuere doli. ut superi uoluere late. Oĩa aũt huiusmoĩ facili⁹ ex
metrica structura cõpræhẽdũtur. His adiiciũt hyphen cuius forma ẽ uirgula sursum cur-
uata subiacens uersui & inflexa ad superiorẽ partẽ. v. hac nota supposita utriusque uerbi ꝓ
ximas litteras i una ꝓnũciatiõe colligit. Ita tñ tũ cũ ita res exegerit copulem⁹: ut ẽ Turn⁹ ut
antenolãs: & ante tulit gressum: & quã simul ac tali ꝑsensit peste teneri. & apud Salustium
iã primũ inuẽt⁹ simul ac belli patiẽs erat hyphen legendus est. Cũ una pars oratõis huic cõ
traria ẽ diastole dextra ps circuli ad unã litterã apposita a tuero male coherẽtia discernuntur
ut ẽ ereptæ uirginis ira: & uiridique i littore cõspicit᷑ sus. apostrophos. Itẽ circuli ps dextrã
sed ad sũmã lr̃am cõsonãtẽ apposita: cui uocalis ẽ subtracta ae nota de esse ostendimus par
ti oratiõis ultimã uocalem cui⁹ cõsonãs remanet ut ẽ tanton me crimine dignũ Ceteꝝ daseã
& psylen apud nos. h. uocali adita uel detracta demõstrat. i. scripta. h. aspirationẽ non scri-
pta leuigationẽ significat. illud ẽt magna cura uidẽdũ ẽ q̃d ueteres oĩa uel uerba uel noĩa q̃
o litteta finiũtur. Itẽ aduerbia uel cõiunctiões producta extrema littera proferebãt adeo ut
Virg. quoque idẽ seruauerit iã bis: ut refugerit icultæ uetustatis horrorem & carmẽ cõ ra

morem ueterum leuigauerit. Inuenitur autem apud Virg. in uerbo posita breuis: ut nunc
scio quid sit amor: & hoc sat erit. Scio me danais e classibus unum: quod quia in uno uerbo
est uidetur episynalipha his qui conseruandam uetustatis consuetudinem putant: illam au
tem ego fuisse opinor rationem quod ueteres secuti græcos apud quos. ω. littera ubiq̧ qui-
dem natura longa est plurimum: tamen in extrema uerbi syllaba ponitur etiam in sermone
cõmunis prosa oratione similiter proferebant: ita ut dum id usurpauit prosa uersus obtinuit
paulatim autẽ usus inueneri: ut in sermone nostro scribo dico: & ita in talibus ubi. o: nõ so
lum correpta ponitur: sed etiam ridiculus sit qui eam produxerit. Mirum ergo non est si cõ-
suetudinem sequitur uersus nisi sicubi poeta maiorem sibi licentiam uendicauit. Dictio est
uox articulata cum aliqua significatione ex qua instruit oratio & in quã resoluitur. uel sic.
Dictio est ex syllabis finita cũ aliqua significatione certa locutio: ut est dico: facio. Quædã
dictiones sũt simplices ut facio: quædã compositæ ut cõficio. Ex compositis quædam sũt ex
duobus imperfectis ut est sinciput cũ intelligatur semarũ caput. Quædam ex integro & im
pfecto: ut ẽ cornicinen: ut intelligat cornu caneus. Quædam ex duob9 ĩtegris: ut sacra uia.
Quædam ex integro & imperfecto: ut est cismare quo significatur citra mare. Pronuncia-
tio est scripturarum secundũ personas accõmodata dictionis similitudo cũ aut senis tempe
ramentum: aut iuuenis proteruitas: aut fœminæ infirmitas: aut qualitas cuiusq̧ psonæ ostẽ
denda est: & motes cuiusq̧ habitudinis exprimendi. Discretio est diuersatũ confusaq̧ signi-
ficatione pro plana significatio quæ ostendit modis quinq̧: cõtinuatiõe: separatione: lectio
ne: distinctione: subdistinctione: uel mora. Cõtinuatio est rerũ contexta dictio ut scythiam
septẽq̧ triones. Separatio est secretio rerum natura iunctaq̧ quæ in ambiguitatem cadunt
ut cũ Turni iniuria matrẽ admonuit ratib9 sacras depellere tædas. Hic enim mater cũ Tur
no iuncta est: quæ ambigultates uitandæ causa separari debet ut sit agnitio quæ mater & sa
cras tædas expresse legendũ ut abominandũ ondas. ut Auri sacra fames. Tædæ enim nusq̃
abominandæ nisi illic ubi incendia facta: quoniã sũt ipsæ naturaliter sacris accõmodatæ. Le
ctioni polituras accedere uel distinctiones oportet quas græci θεσεισ uocant: quæ interle-
gendum dant copiam spiritus reficiendi ne continuatione deficiat. Hæ tres sunt: distinctio:
subdistinctio: media distinctio siue mora: uel ut quibusdã uidetur sub media: quaq̧ diuersi-
tas tribus pũctis diuerso loco positus iudicantur. Distinctio quidem est appositio puncti nõ
finiti sensus uel pendentis mora quæ locis ponitur tribus sũmo cum sensũ terminat & uo-
catur finalis a nobis: a græcis τελεια media cum respirandi spacium legenti dat & dicitur
media. græce μεσι cum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc illatura suspẽdit: & uu
catur a græcis υπο.γμη. a nobis subdistinctio. Distinctio est silentii nota cum sensu ter-
minata: ubi est liberum cesare prolixiq̧ ita ut neuter sui indigeat: ut est Numina nulla præ-
munt: mortali urgemur ab hoste: & est huius nota punctũ supra uersum ad caput litteræ
positum. Distinguere autem oportet ante similitudines quas græci παραβολας uocant:
& ante redditas ανταποδόσεισ. & si quando a persona ad personam trãsitus fuerit fact9
& ante autem coniunctionem: si quidem non ex abũdanti ponitur: & ante casum uocatiuũ
& ante sed: & ante quoniam: & ante tunc cessante reddita: sed præpositis superiorib9: & an
te interrogatiua: ut. Quis deus o musæ: quis nobis extulit artem. Vnde noua ingressus ho
minum experientia cœpit: Hic enim oportet distinguere & sic inferre: Pastor aristæus fu-
giens peneia tempe: & post interrogatiuam: ut Musa mihi causas memora. Subdistinctio
est silentii nota legittimi: qua pronunciationis terminus sensu manente ita suspẽditur: ut sta
tim id quod sequitur succedere debeamus. Huius aũt est pũctum sub uersu positum ut me
duce dardanius spartam oppugnauit adulter. Aut ego tella dedi fouie cupidine bella. Non
enim similiter ut in distinctione silentium interpositũ tacere permisit: ut ẽ illud. Et si fata de-
um si mens non leua fuisset. media distinctio siue mora est leuis in continuatione sensuũ in-

terposita discretio legitimæ distinctionis subdistinctióisq; mediū optinēs locū:ita ut nec pfecta in totū nec omissa uideat̃ sed significatōe imorādi alteri⁹ desideret principiū sensus: & hoc solūmō seruat officiū: ut legētis sensū breuissima respiratōe refoueat & nutriat. Sic.n. pnūciādo reticere quis debet: qa spūs ipse quadā defectione mutat̃. deide resumat̃: ut ē ut belli signū lauré titurn⁹ ab arce. Extulit & rauco strepuerūt cornua cātu. Vtq; acres cōcussit equos: utq; ipulit arma. Exēplo turbati animi. Multæ.n. causæ sunt mediæ hui⁹ lectiōis. Primū ne cōfūdātur quæ Δίκωλα & τρίκωλα ponūtur. Deide ut actus uerbo₄ emineat & luceat qui ex aliquo moueat̃ affectu uel indignatōe: uel miseratōe collara uel certe cū q̄dam arctatōe sermonis quæ εμφατικωσ a poetis cōgerūtur. Si quis itaq; sine media spiritus suspēsione pnūciauerit ut est. Aut hoc inclusi ligno occultātur achiui. Aut hæc ī nostra fabricata est machina muros. Aut aliqs latet error: equo ne credite teucri. Cōfūditur ratio cōpositōis generali nomine ligni: aut machinæ equi. Itē lectūq; iugalē quo perii sup imponas minus aptū. Subdistinguēdū.n. pro uolūtate dicētis. Hoc.n. uoluit itelligi Dido nō esse lectū iugalē quo perierit. Immorandū est ergo & respirādū iugalē: & sic iferendū cum υποκρισεοσ affectu quo perii. In lectiōe plena sentētia periodos dicit̃. cuius partes sūt comata & cola. Modulatio est cōtinuati sermonis in iucūdiorē dicēdi rōnē artificialis flexus ī declinabilē auditus formā cōuersus aspitatis atq; imperitiæ uitādæ gratia. Latinitas ē incorrupta loquēdi obseruatio secūdū romanā linguā: cōstat autē ut ait Varro his quatuor: natura: analogia: cōsuetudine auctoritate. Natura uerbo₄ omniū q̄ immutabili neqnāq̄: aut min⁹: aut plus tradidit nobis: q̄ qđ accepit. Nā si qs dicat scribo q; ē scribo nō analogiæ uirtute: sed naturæ ipsius cōstitutiōe couincitur. Analogia sermonis a natura proditi est ordinatio secūdum τεχνικουσ neq; aliter barbaram linguam eruditis q̄ argētum a plumbo dissonat. Cōsuetudo nō ratione analogiæ: sed uiribus pars est: ideo sola recepta q; multo₄ consensione conualuit: ita tamen ut illi artis ratio nō accedat sed indulgeat. Nam ea e medio loquendi usu placita assumere cōsueuit. Auctoritas in regula loquēdi nouissima est. Nāq; ubi omnia defecerint sic ad illā queadmodū ad anchorā decurrit̃. Nō.n. quicquā aut rationis: aut naturæ aut consuetudinis habet cum tātū opinione siue lectōe recepta uete₄ sit: nec ipsorum tamen si interrogētur cur id secuti sunt scient.

Verborum genera sunt quinqꝫ. Actiua. passiua. Neutra. Cōmunia: Deponentia Quæcunqꝫ ille sint diffinitiones quæ hic lectæ sunt uarie tamen quantum ad significatiōeς id pertinet. Omnia ista quinqꝫ duas habet significatiōeς: idest aut agētis aut patiētis. Hinc est qd' in neutrali uerbo & agētis & patiētis īuenimus significationē. agentiς ut nato: & patientis ut uapulo. Item deponēti uerbo ubi sola utiqꝫ debuit esse passiua significatio & agentis non nunq̄ īuenitur: ut est loquor. Cōfusio aūt. Communis uerbi casibus segregatur. Nam si accusatiuum casum iungas agētis est: ut criminor illum. Si ablatiuum patientis: ut criminor ab illo.

Tempora sunt quinqꝫ. præsens quod agit. ut lego: Præteritum īperfectum quod omissum est & nō completum ut legebam. præteritum perfectum quod cōpletum est paulo ante ut legi. Præteritūplusq̄perfectum quod cōpletum est olim: ut legeram. Futuꝝ quod imminet: ut legam. Vnde uitiose loquūtur: q dicūt expecta modo egrediar. Nā iungunt significationem futuram & præsens tempus. Item qui dicunt craς lego lectionem: uitiose loquūtur. Nam cū lego temporis præsentis sit cras uero aduerbium futuꝝ utiqꝫ hæc locutio nō cohæret. Tractandum est illud an sana sit locutio hæc cras legam an craς lego. Cras lego ut diximus uitiosum est. Cras aūt legā ideo nōnulli uitiosum iudicant: quoniam duo futura quasi in aliud futurum nos deferunt.

Modi uaria tēpora recipiūt. Indicatiuus enim oīa quinqꝫ habet supradicta tēpora. Imperatiuus eni uero duo tantū præsens & futurū. Optatiuus tria: sed geminata. Nā præsens & īperfectū pro uno est: Itē perfectū & plusquāperfectū habet & futurū. Cōiūctiuus tot tēpora hēt quot & īdicatiu9. Infinitus tria habet tēpora præsens: præteritū: & futuꝝ. Sed scire debemus in oībus passiuis uerbis præterita tēpora idest perfectū & plusquāperfectū habere ulteriora præterita. personas oēs modi segregatas habēt absque īfinito ubi cōfusæ sūt ut diximus idest tres. Modus aūt īperatiuus hēt difficultatē personaꝝ quæ talis est: prima psona in tēpore præsenti deficit sed ī numero singulari. Cæteꝝ in nūero plurali nō deficit: Ideo aūt deficere credit: tā iu psona quā ī

numero quoniã omne imperatiuum in alium ꝓcedit: idest secunda persona nascitur: in tempore uero futuro tã in numero singulari quã in numero plurali prima persona deficit. Secunda uero & tertia in numero singulari uno modo ꝓferuntur: ut legito tu legito ille: ut est apud Virgilium. Tertius argolica hac galea cõtentus abito. Nã si dicam legito legat: legito quidem erit tẽpus futurum: legat uero præsens Item tertia ꝑsona numeri pluralis: his regulis cõtinetur. Indicatiuo modo tẽpore præsẽti tertia ꝑsona numero plurali .o. accipit. & facit hãc personã. Imperatiui modi ꝑ omnes cõiugationes amãt amãto: docẽt docẽto: legunt legũto: nutriũt nutriũto. quod seruare maiores ut ait Horatius & quocũq; uolent animum auditoris agũto. Nã dicetet agãt tẽpus præsens ostẽdere nõ futurꝫ. Prĩa cõiugatio & tertia correpta tot syllabas hẽre debẽt in secũda ꝑsona quot in prima habet ĩdicatiuo mõ: ut amo amas: lego legis. Quod aũt aliter facerit anomalũ est: ut edo es: comedo comes.

ADuerbium dictũ est eo quod necesse habet hãc ꝑtẽ orationis uerbũ sequi: ut cras faciã hodie legã quottidie scribo: sed nõ ut necesse est uerba sequi aduerbium. Ita necesse est aduerbiũ sequi uerbũ. Nam quãdo dico facit orator. est elocutio plena q̃q̃ sine aduerbio. Põt ergo uerbũ sine aduerbio poni. Aduerbium aũt sine uerbo nunquã ponit̃. In significationib9 aduerbioꝝ localia aduerbia diligẽter animaduertẽda sunt: quæ habẽt quatuor ſpẽs. In loco de loco ad locũ: & ꝑ locũ. In loco sunt hæc: hic illic ibi intus foris. De loco sũt hæc hinc illic inde aliũde uno mõ tã de loco quã in loco: ꝓferũtur. i. sine cõiunctione ꝑpositiones. Ad locum sũt hæc huc illuc istuc illo intro foras. Per locũ sunt hæc hac illac illa. Ergo aĩaduertere debemus: ut quotiẽs fuerint aduerbia in loco iũgamus uerba quæ habeãt hãc significationem in loco utputa ibi sum illic sedeo ĩtus & similia. Quotiẽs sunt autẽ aduerbia quæ significãt ad locum iũgamus his uerbis similiter quæ debeãt significationẽ euntis: ut pergo illuc: uado illo: proficiscor intro & similia. Nam si qs dicat uenio ubi uitiosum est. Venio enim significationis est ad locum: ibi uero in loco est: & duo hæc diuersa nunquã cohærent. Nam omnia aduerbia non recipiunt comparationem: sed ea tantum quæ ducunt originem a nominibus recipientibus comparationem: ut doctus docte: iure enim dicimus doctus doctissime: quoniam & nomen ipsum facit doctior doctissimus. Aduerbia autem quæ cõparantur in passiuo gradu duas habet regulas .e. & .er. ut docte fortiter. In comparatiuo unam ut doctius & fortius. In superlatiuo autem unam .e. quod semper productum est: ut doctissime fortissime. Quando autem positiuus .e. terminatur: & quando .er. datiuus singularis ostendit. Nam .e. tum terminatur aduerbium in positiuo quando datiuus singularis o. fuerit terminatus: ut docto docte: claro clare. Tunc autem aduerbium .er. terminatur. quando datiuus singularis .i. fuerit terminatus: ut huic agili agiliter: & huic forti fortiter. Quæ has regulas non seruant aduerbia anomala sunt. Nomina prouinciarum semper recipiuntur præpositiones: ut ad campaniam pergo: de campania uenio. In campania sũ.

Econtrario nomina ciuitatum nunquam recipiunt præpositiones quando funguntur uice aduerbiorum. Verumtamen si ad locum significant accusatiui forma sequenda est: ut Carthaginem uado: si de loco secundum septimum loquimur: ut Carthagine uenio: si in in loco duplex regula est. Nam si nomen fuerit secundæ declinatiõis: aduerbium in loco fit secundum formam genitiui: dicimus enim deli fui beneuenti fui: quoniam huius deli huius beneuenti genitiuus est. Si autem nomen erit alterius cuiuscunq; declinationis. tunc formam sequimur datiui casus: dicimus enim Carthagini fui. Tyberi fui: quoniam huic Carthagini huic Tyberi datiuus est. Sciendum est sane pauca nomina his regulis repugnare: ut est Narbone in philippicis Cicero. Cum Narbone mensas hospitium: conuomeres. Debuerit enim dicere Narboni. Item Virgilius ait Tyria Carthagine qui nũc expectat inquit Carthagine non Carthagini quod erat regula. Sed Cicero Antyptosim fecit.

Virgilius uero metri necessitatē mutata regula seruauit. Generaliter tenēdū est qđ aduerbiis idest solis positus nō debet cōiungi p̄positio separatim. Nemo enī dicit de sero de mō: Vndenec de mane dicere debem⁹ quod plærūq; i usu habēt. Sed quoniā legimus dum mane nouū idest hoc ipsum mane iā nomē effectu est: genus enim nō recipit nisi nomē. Videmur ei adiicere posse præpositionē. Quare turius loquūtur & solū aduerbium sine præpositione ponūt: ut mane uenit & quādo uolūt addere præpositionē genus coniungūt: ut de primo mane uenio: iam enī nō uidetur iungi ei parti oratiōis quæ est mane: Sed quæ ē primo.

Participium dictū est quasi participiū. habet enim partes. a nomine duas genus & casum. a uerbo duas tēpus & significationē. ab utroq; duas numerū & figurā: ideo ab utroq; quoniā numerus & figura tā modo accidunt q̄ uerbo: illa enī bina iis tantum accidunt a quibus trahuntur.

Genera participiorū sunt hæc. Masculinū. Fœmininū. Neutrū & omne. Masculinum participiū in us syllabam terminatur: Fœmininū in. a. Neutrū in um. ut lectus lecta lectum. lecturus lectura lecturū. legendus legēda legendū. Nā hæc sūt duo tēpora præteritū & futurū quæ genera secūdum regulas q̄s dixius diuidūt. Præsens aūt participiū semp generis est oīs: & duabus claudit cōsonātibus: ut ē legēs.

Casus totidem sunt in participiis quot in nomine & pronomine. Participia autem Masculina & neutra secundæ sunt declinatiōis. Fœminina primæ. Omne tertiæ in quo Ablatiu⁹ &. i. &. e. terminatur: ut amāti & amāte. Sed scire cōuenit quod ars exigit ut. e. littera terminetur. idest aūt ubi fuerit terminatus: Ablatiuus huius participii necessitas est aut metri: aut euphoniæ.

Tempora in participiis latinis tria sunt præsens: præteritum: & futurū. Regulæ tamen quattuor sunt. Nam præsens unam haber quam diximus. ns. ut legens. Præteritum unam. us. ut lectus. Futurū uero duas babet regulas: rus. & dus: ut lecturus & legendus. Ideo aūt neutrale uerbū tot & eadē habet participia quæ & actiuum quoniā sic declinatur ut actiuum. Nam participia declinatione noscūtur: Deponēs aūt uerbū participiū futuri in rus mittit: ut auxiliaturus. Nam ideo dictū est deponens nō quod. r. litteram nō deponat. (Nam & commune dēponēs esset: & hoc. n. r. litteram nō reliquit). sed ideo deponens dicit: quod deponit participiū declinationis suæ idest futurum quod dus syllaba terminatur. Nemo enim potest dicere loquendus: licet inueniamus apud poetas hanc usurpationem. Cōmune uero uerbum ideo habet quattuor participia: quia cōmune est. i. agentis & patientis habet significationem & nouimus quod duo participia ueniunt ab actiuo & duo a passiuo. Sane scire debemus quod licet latinitas non habeat neque præteritum participium ab actiuo: neq; præsens a passiuo. inuenitur tamē apud poetas talis elocutio ubi alterius tēporis p hac significatione ponat: ut est Virg. Et qua uectus abas & qua grandeuus a lethes. Vectus enim dixit pro eo quod est uehebatur. Regulæ participiorū ita se habent ut participiū futuri tēporis a passiuo regat participiū præsētis temporis ab actiuo idest ut de participio futuri temporis a passiuo sublata dus syllaba & addita. s. littera & faciamus participiū præsentis tēporis ab actiuo: uel ecōtrario: Item participiū præsentis temporis a passiuo sublata. s. littera & addita rus syllaba facit participiū futuri temporis ab actiuo: ut lectus lecturus: uel ecōtrario. Sed his regulis repugnāt pauca participia, noua ratione usurpata ut est moriturus quod nulla ratione dicitur sublata enim. rus. syllaba & addita. s. littera moritus facit quod latinitas non habet nam mortuus dicimus: Et illud sciendum est maiores nostri sæpe a uerbis neutralibus: præsentis temporis usurpasse participia: ut est regnata. triumphata. placita: nupta: pransus: cœnatus & similia. Quibus nos ideo utimur quoniam auctoritate firmantur: non tamen possumus de aliis uerbis neutralibus similiter quæ non lecta sunt usurpare: Sed debemus ea tantum quæ lecta sunt dicere.

deponens dicatur

COniunctiones dictæ sũt ab eo quod cõiungant elocutionem: Nam si quis dicat: ego tu eamus dissidet elocutio; si interponas &. & dicas ego & tu eamus incipit cohærere. Copulatiuæ dicuntur eo quod & uerba & sensũ copulãt ut si qs dicat ego & tu eamus. Nã in hac elocutione & uerba coniũcta sũt & sensus. Vtrunq; enim iturum significat. Disiunctiua uero penitus cõtra naturã sermonis fuisset inuenta: nisi uerba coniungeret: Nam quid tam cõtrarium coniunctioni; quam habere species coniunctionis? sed ideo disiunctiua dicitur qđ sensus disiungat. Nam uerba coniungit: ut si quis dicat ego aut tu eamus: nunc enim elocutio coniuncta; sed sensus disiunctus. Non enim utrunq; sed alterum iturum significat. Expletiuæ dicuntur cõiunctiones eo qđ illud quod minus fuerat expellere contendũt ut si quis dicat negligenti lege dicendo lege in eo eũ arguit quod non legit. At si dicat saltem lege: in eo arguit quod nihil oĩno agit. Inter casuales & rationales hoc interest qđ tunc utimur casualibus quãdo de causa loquimur, tũc rationalibus, quãdo de ratione. Causa est ãt quæ nos impingit ad aliquid faciendum. Ratio aũt qua utimur in faciendo. Sed plane faciendũ est qđ pro rationalibus causales ponere possumus: & p causalibus nunq̃ ponimus rationales. Etenĩ causa non statim rationẽ recipit. Vbi aũt non est iã causa præcessit. In ordine aũt hoc seruandũ est quod sũt aliquæ quæ semp præponunť: ut ast: at: dicimus enĩ ast ego quæ diuũ incedo regina, nõ ego ast: Et itẽ at pater Anchises, nõ enĩ pater at. Postponuntur uero q; & autem: dicimus enim primusq; machaon nonq; primus Machaon. Et hoc aũt fac: non autem hoc fac. Igitur uero & primo & medio & ultimo cõuenit loco: dicimus enim igitur patres conscripti censuerunt & patres igitur conscripti censuerunt.

PRæpositio dicta est, quod in loquendo præponitur dicimus enĩ apud amicum sum. Excepta bina præpositiõe quæ nũquã præponiť; sed postponitur sicut tenus dicimus enim pubetenus & nõ tenus pube. & excepta altera præpositione idest cũ scilicet in pronominibus nõnullis; ut mecũ: tecũ: nobiscum: uobiscum; quod cõtra artẽ ex aperto dicitur: nemo enim dicit cum mecũ te ppter cacẽphaton: Natura enim p̃positionis exigebat: ut p̃ponere tur. Accusatiuæ p̃positiões sũt, xxx, quæ accusatiuo tantũ iunguntur uel singulari uel plurali. Ex his ad & apud diuersas habẽt significatiões. Nam ad: ad locum significat; ut ad patrẽ uado. Apud uero in loco: ut apud parentes sum: sed ad nõnunquã auctoritate etiam in loco reperitur: ut decem fiscos ad senatorẽ illum relictos & apud Maronem. Ad Troiã pro caris gesserat argis. Tentauerũt plæriq; facere discretionẽ & in hac elocutione: quæ fit de ad & de in, ut ad forũ uenio & in forũ uenio; Etenim ad forũ uenio est ad forũ accedo: in forũ uenie forũ ingredior: ut sit illud potius propinquãtis ad locũ: hoc autem locũ ipsum tenẽtis: sicut uidetur locutus esse Salustius dicendo; ire unq; imperatores ad urbem erant utiq; impediti ne triumpharẽt calumnia paucorum. Nam si nec dum triumphauerãt; urbem ĩgressi non fuerant. Ergo ad urbem quod dixit propinquãtis significatio habetur; non ingredientis. Vsq; etiam præpositio nouo modo sibi aliam coniungit præpositionem; dicimus enĩ: ut Virgilius adusq; columnas exular. Nec sequi debemus quod nõnulli dicunt usq; aduerbium esse: multo minus enim sibi iungeret præpositionem si aduerbium fuisset. Aduerbio enĩ sæpe præpositio separatim nõ cohæret. Et: e. & ex præpositiones habẽt differentiam: nã si pars orationis sequatur a uocali incboans præponimus: ut ex animo. Si autem a consonante inchoet. e. ut. e. foro. Econtrario autem positæ aut hiatum faciunt: aut asperitatem hiatum. e. animo asperitatẽ ex foro. Clam præpositio: quam donatus ĩter ablatiuas posuit scire debemus quod indifferenter pro arbitrio dicentis & ablatiuo iungitur & accusatiuo: dicimus enim clam patre & clam patrem: In sub: super: & subter: & accusatiuæ sunt & ablatiuæ. Sed apud maiores nostros indifferenter ponebat idest nulla lege seruata. Nam

& Virgilius dixit. Rapuitq; in fomite flammam pro in fomite: & Hora. Naso districtus ensis quod super magna ceruice pēdet: pro super ciruicem. Cicero fortes in eo quiritis: ꝓ in eū & similia. Aetas posterior super & subter accusatiuas fecit: in uero & sub cōiungitur accusatiuis casibus cōmutatio est loci: ut in forum uado. Sub basilicam uado. Tunc iungitur ablatiuis cum permansio est uerborum. quæ elocutione præponenda sunt rōne colligit̃. Nam pergo proficiscor & huius motū significāt. Sto: sedeo: dormio: & huius permansionem. Loquelares præpositiones ideo dicuntur quia semper cohærent: ut conduco: recipio: cohærere autem eas res illa significat: quod nō patiuntur in significatione interpositionē. Nemo enim dicit con tibi duco: aut re illum cipio. Præpositiones cum post positæ fuerint si casum suum reseruent adhuc præpositiones sunt: ut transtra per & remos. si aūr casum mutēt fiūt aduerbia: ut tēpore post. Sed plærunq; metrorum ratione etiam præpositæ idem faciūt: ut longo post tempore uenit. Et illud sciendum est præpositiones utriusq; casus quotiens pro aliis ꝑpositionibus ponuntur illis eas casibus iungi quibus iungitur illæ pro quibus ponuntur: ut in alterum. Nam quoniam in modo contra significat. tantum accusatiuo iungenda est. Cōtra enim accusatiui casus est. Item super priamo rogitans: quoniam super de significat tantum ablatiuo iungenda est: de enim ablatiui casus est.

INnteriectiōes proprie sunt affectus uoce icognita cōdita expressi: sed & plenꝰ frequēter sermo ꝓ iteriectiōe habet̃: si affectum significet: ut ꝓpṫe dolor & similia.

SVnt noīa similia participiis ꝑlentis temporis ut demens: legens: quæ hac ratione discernuntur. Si enim nomen fuerit comparationem recipit: ut dementior dementissimus: si autē participium fuerit nō recipit cōparationē. Nemo enim dicit legentior legentissimus. Quid si sit nomen non simile participio sed quid sit & participiū aliā recipit discretionem ut est amans quod & nomen ē & participiū. Nā si sit nomē genitiuo iūgitur ut amās tui: si aūt participiū sit accusatiuo iūgitur: ut amās te: quēadmodū colēs te. Si aūr inueniantur noīa similia participiis ꝑteriti tēporis uel potius eadē & participia discernūtur in declinatiōe. Nā participia si fuerint secūdæ sunt declinatiōis ut hic uisus huius uisi. hic auditus huius auditi. Si aūr noīa fuerint erūt q̄rtæ declinatiōis: ut hic uisus huius uisus. hic auditus huius auditus. Quāq̄ hæc q̄ diximus etiā illa ratione discernimus. qđ participiū tūc est quom tēpus hēt: utputa ille auditus est: quom aūt nō habet tēpus nomē est: ut auditus meus obtusus est: & uisus meus breuis.

SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM COMMENTARIVS.

DVæ sunt principales partes oratiōis nomē & uerbū eo quod ipsæ solæ factūt elocutionē ut Cicero scripsit. Virgiliꝰ fecit: & sine ipsis nulla pars iplet elocutionē. Nā quādo dicimus ipse legens dixit. Aristotelici dicūt duas eē partes oratiōis nomē & uerbū. Stoici quinque. Grāmatici octo. Plæriq; nouē. plæriq; decē. plæriq; undecim. Interiectionē græci penitꝰ nō habēt: sed iter partes oratiōis. idest i octo nō cōputāt. Nos articulo nō penitus caremus idest eū articulū sed i ꝓnoie cōputamus. Tres ptes oratiōis sūt q̄ casibꝰ declinantur: nomē: ꝓnomē: participiū: & una q̄ tpibꝰ idest uerbū. Cæteræ oēs q̄ttuor nō declinātur. Quæsitū ē quādo pars oratiōis officio fungit̃ uirū ius suū retineat an eius cuius accipit significationē nā frequēter iuenimus & noīa ꝓ aduerbiis posita ut toruū clamat & aduerbia pro noībus: ut mane nouū. Quare sciendū est quoniā si nomē sit ꝓ aduerbio institutū incipit nō posse declinari. Etenim cum desinat esse quod est & trāseat in aduerbium incipit iam non posse declinari: quemadmodum nec illud aduerbium naturaliter declinatur. Item aduerbium si transeat in significationem nominis nonnunquā declina

tur quoniam significat eam partem orationis: quæ recipit declinationē. Unde est illud apud Plautum a primo mane usque ad uesperum modo mane nomen est hoc mane huius manis huic mani: hoc mane ab hoc mane. Nam si aduerbium esset nec genus reciperet nec præpositioni adiungeretur: nec posset terminari.

Proprium nomen in quattuor diuiditur partes. Prænomē. Nomen. Cognomen. & Agnomē. Prænomē est quod in loquēdo pponim⁹ ut publius. Nomen est commune familiæ ut Cornelius. Cognomen est propriū uocabulū ut Scipio. Agnomen ē qd' extrinsecus summitur uel a uirtutib⁹ ut Affricanus uel a uitiis ut iugulator. Sed sciendum est quod plærūq; cōtingit: ut tantūmodo inuenitur: ut ecce Romulus unū tantū habet. plærūq; duo: ut Nūma pompilius. plærunq; tria: ut Publius Virgilius Maro. plærunq; quattuor: ut Publi⁹ Cornelius Scipio Affricanus. Sane sciendū est qd' quotiens unū inuenitur cognomen est: nemo enim potest esse sine uocabulo: quotiens duo plærunq; pnomen & cognomen sibi libertus est. Nam non potest libertus habere nomen quod familiā significat cum ipse sine familia sit. Appellatiuorum species sunt uiginti septem. Sunt nomina corporalia quæ uidemus & tangimus ut terra lapis. Sunt incorporalia: quæ nec uidemus nec tangimus ut pietas iusticia. Sunt primæ positionis quæ a natura firmata sunt ut mons schola. Sūt deriuatiua quæ a primæ positionis nomine eiusdem dicuntur ut montanus, scholasticus. Hæc autem deriuatiua non regulis sed auctoritate firmantur nam plærunq; inuenimus uaria ab uno sermōe. ut tudet est tudertinus tuders. Sunt etiam diminutiua: quæ sententiam minuunt & non semper sed frequenter syllabis crescunt ut agnus agnellus. sunt etiam alia sono diminutiua: ut tabula fabula in his significatio principalis est: sed enunciatio diminutiua. tunc enim reuera eēnt diminutiua si haberent alia principalia: ut oculus ocellus. sunt quæ dicuntur tota græca ut Dido mantho græcæ hæc & latinæ possunt declinari græcæ ut dido didous latinæ dido didonis: mantho mantous & mantho mantonis. sunt quæ tota latina appellantur: quæ lōge a littera. a latinis proferuntur: q̄ a græcis. Nam quom græci dicant. Pollydeus latini appellāt pollux. Hæc autem quæ tantum latina sunt latinæ declinamus. Sunt quæ appellantur notha q̄ non primis syllabis sed ultimis a græco sermone dissentiunt: ut achilleus achilles: agamemnon agamemno & fere omnia græca quæ in on exeūt. detracta enim on syllaba per breuem o proferuntur: ut apollon apollo platon plato. sunt symonia quæ uarias habent elocutiones sed unam significationem ut terra solum humus tellus. sunt omonyma superioribus contraria ut aries: nam & machinamentum est quo muri expugnantur: & sidus in cælo: & animal in terris aries uocatur. sunt patronymica quæ trahuntur non tantum a patribus sed etiam a parentibus. Nam inueniuntur & a matribus dicta hetideus retoides: & ab auo: ut æacides: & a maioribus ut dardanides æneades & a uitrico: ut amphytrionides. sic ergo dicimus patronymicam non a patre tantum sed a parentibus tracta ut dicimus patricidam non qui patrem tantum sed qui quēq; parentum necauerit. Hæc autem patronymica si græca fuerint ī des exeunt ut atrides aut in ius ut atreius. aut in on ut atrion. sed quæ in des exeunt tantū patronymica sunt ut atrides agamemnon. Quæ in ius exeunt & patronymica & possessiua ut atreius agamemnon & atteius gladius Euandrius ensis. Quæ autem in on exeunt in latinum sermonem non transeunt. Fœminina autem aut in is exeunt ut atreis: aut in ias ut atreias. aut in en: ut atrien. sunt etiam nomina adiectiua quæ plærunq; sensum habent: sed coniunctione iactantur: ut magnus fortis. dicimus enim magnus uir fortis exercitus. Sunt etiam qualitatis quæ trahuntur ab animo a corpore extrinsecus: ut doctus niger fœlix. Sunt quantitatis quæ trahuntur a mensura ut longus latus. Sunt gentis quæ gentem significant: ut græcus hispanus. Sunt quæ patriam significant: ut Romanus. Sunt quæ numerum: ut unus duo tres quattuor quinque. Sunt quæ ordinem ut quintus sextus. Sunt

quæ ad aliquid dicuntur: quæ penitus non possunt sine alterius coniunctione intelligi ut pater. Non enim potest dici nisi filium habeat. Sunt ad aliqualiter se habentia: quæ contrario significationem sumunt: ut dexter sinister niger candidus. Sunt generalia in quibus species continentur: ut animal. Nam animal dicitur & homo & canis & equus. Sunt specialia ut sunt ea quæ diximus canis homo & equus. Nam illa sunt specialia: quæ genere discernũtur. Sunt facta de uerbo ut dictor lector. Hæc autem semper in tor exeunt & oriuntur a gerundi modo ultimo tempore & ultima syllaba in tor uersa per omnes coniugationes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor. lectu lector. Sũt etiam participiis similia: ut demẽs nam sic est demens quasi legens: sed demens nomen est quia recipit comparationem .i. dementior legens uero participium quia non recipit similiter comparationem. Sunt etiam uerbo similia: ut contemplator: sed hæc cum casum acceperunt nomina sunt & contemplator huius contemplatoris facit. Cum autem tempus habuerint uerba. Vt Maro dixit contemplator aquas dulces. Sed comparatiuus gradus generis est semper communis excepto uno quod est senior hoc enim ut Probus dicit tantum generis masculini est: nam omnia quæ recipiunt comperationem qualitatis sunt & quantitatis sic. ut puta non omnes qui student causas agunt quisquis autem causas agit: studuit sine dubio. Recta comparatio est quæ primã syllabam itegrã p omnes seruat: ut doctus doctior doctissimus. Si autem integrã nõ seruat inæqualia efficit nomina quæ sunt tantum tria bonus: malus: magnus: cum constet comparatiuum gradum minus significare uideatur ut clarior clarissimo. doctior doctissimo. Præterea ipse comparatiuus nonnunquam positiuum significat quando dicimus senior significãs tamen senex. At cum Salustius dicit. Mare ponticum dulcius est q̃ cætera. modo inuenitur Comparatiuus non solum comparatiuus non est: sed nec positiuus. Nam mare non modo dulcius non est: sed nec dulce quidem. Donatus dicit quinq; tantum aduerbia genitiuo esse iungenda: tanq̃ magis minus maxime minime ea scilicet ratione: quoniam uim in se habent comperandi: atq; ideo non debent comparatiuis casibus iungi ne uideatur comperatio geminata. Qui. n. dicit tã doctior pene dicit hoc doctior doctior: qđ latinitas non patitur. Probus autem dicit omnia aduerbia quæ uim augentis aut minuentis in se habent non debere coniungi nec superlatiuo nec comparatiuo. ut sunt ista ualde multum plurimum per & similia. Nam ista nomina tantum positiuis gradibus debemus adiungere. Quod superlatiuum dicit genitiuo plurali non adeo uerum est nam inuenimus eum etiam singulari genitiuo posse coniungi tunc quando nomina sunt enuntiatione singularia intellectu uero pluralia ut est O danaum fortissime gentis. Quod dicit enuntiatione masculinum intellectu esse neutrum pelagus uerum est uulgus falsum est: Nam uulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgilium fœminino. In uulgum ambiguam neutro ignobile uulgus. Balneum generis neutri est in numero singulari fœminini quidem secundum usum: ut occisus ad balneas pellicias tamen & neutraliter legimus: ut balnea uitantur in horatio. Cælum in numero singulari generis neutri est: In numero autem plurali generis masculini: habemus enim in Lucretio. Quis totidem uertit cælos. Cæpe in numero singulari neutri generis est: ut tunicatũ cum sale mordẽs cæpe & hoc nomẽ tres hoc solos habet casus: hoc cæpe: hoc cæpe: hoc cæpe. In numero autem plurali genere fœminino simpliciter declinat̃. ioca & loca similia nomina sunt: tñ in numero plurali & masculino & neutro genere declinãtur: dicimus. n. & ioca & loca & loci & ioci. In numero aũt singulari tantũ masculini. ut iocus & locus. Qđ dicit genera cõmunia esse inter masculinũ ut puta pampinus nõ ita itelligimus q̃si sacerdos nã sacerdos si masculus ẽ hic sacerdos dicit̃ si fœmina hæc sacerdos nõ possumus hoc p nostra uolũtate cõfundere: sed p naturæ qualitatẽ discernimus: Pampinus uero & dies & similia p nostro arbitrio uel masculino uel fœminino genere pferũtur. Nomẽ nec ĩ totũ fixũ nec in totũ mobile: at fixum leæna secundũ Virgiliũ Torua leæna lupũ seqtur scđm Ouidium mo-

bile est qui dixerunt lea sæua sitim multa compescuit unda. Eiusdem generis debet esse diminutiua: cuius generis sunt principalia ut puta ideo hæc domuncula generis fœminini ẽ quia & hæc domus generis fœminini est. Excepns scilicet paucis istis: scutum: pistrum: canis: rana: uerna: scutra. nam scutra scutrini facit. beta betaculus. Puluis dicitur quia numeri singularis est tantũ: sed legimus apud Horatiũ. Ouides dispare pulueres. Item pax: lux dicir numeri singularis sed legimus apud Salustium: paces & luces. Item quirites dicit nnmero tantum plurali sed legimus apud Horatiũ hunc quiritem uetus nominatiuus hic quiris. Itẽ idẽ Horatius quis te quiritem cuius nominatiuus erit hic quirites: ut dicit Petronius. Quadrigas dicit numero tantũ plurali sed. Varro dicit nnmero singulari. Virus generis neutri ẽ: & declinatur quemadmodum doctus hoc uirus huius uiri. Legim9 enĩ apud Lucretiũ Tetry primordia uiri. Dicit noĩa iã cõposita non debere componi & idem paulo ante dixit de com pluribus potuisse cõponi nec contrariũ sit ita intelligi debet ut liceat nobis nomen cõponere bis: sed ita ut prima cõpositio sensum nobis i cõtrariũ nõ uertat: ut tertitus impterrit9. Illud enim nobis nõ licet facere: ut per compositionem primum cõuersum in cõtrariã significationẽ nomen per secundam composiõonem ualeamus reuocare ad primã significationẽ: ut est doctus: indoctus: quando antiq; nulla ratione dicitur prefectum uigulum sic dicatur quemadmodum tribunus militũ idest si pro uno nomine accipitur uterq; sermo in priore parte tantummodo declinatur. Si autem uoluerimus elocutionem facere dicimus perfectus uigilibus quo tpe licet nobis ẽt in hac duo noĩa aliquẽ adferre sermonẽ ut prefectus est uigilib9.

CAsus plæriq; quattuor esse dicunt auferentes nominatiuũ & uocatiuũ: Nominatiuũ qui similis est nocatuo. Ideo autem auferũt nominatiuũ quoniam quom casus sit ab eo quod faciat nomẽ habere. Noĩatiuus ecõtrario rectum nomen ostẽdit. Alii quinq; docẽt ut græci qui ablatiuũ non babent. Alii sex ut latini qui ablatiuũ addunt. Alii septimũ etiã addunt casum qui ablatiuo similis inuenitur. Nã quãdo dico reuera doctior illo & doctior ab illo eadẽ inuenitur elocutio: quãdo autem dico illo præsente suscepi & ab illo præsente suscepi: non est similis ab utroq; casu elocutio. Nã illo p̃sente suscepi inter duas tantummodo res geri uidetur Nonnullia diungunt octauũ casum qui fit cum quid per accusatiunm cũ præpositione possumus docere: dicimus per datiuum sine p̃positione ut clarior it in cœlum & it clarior cœlo ui subeunt ad murum & subeunt muro. In flexionum autem uarietates in sex sunt. Aliquando enim omnes casus uarios exitus sumunt ut est unus quæ dicitur forma ex aptota. Itẽ pentaptota dicitur ubi quinq; sunt uarietates. Item tetraptota ubi quattuor ut est species. Triptota ubi tres sunt. ut est templum. Diptota ubi duæ: ut cornu: genu. Nam nominatinus accusatiuus & uocatiuus corripiuntur. Alii tres producuntur idest genitiuns datiuus ablatiu9 Est etiã monoptota: quã nõ bene monoptotã sed aptotã dicimus ut nequã nam monoptota illa sunt quibus unus tantum casus est ut sponte. Aptota uero illa sunt ubi oẽs quidẽ sunt casus: sed nulla rõne uariantur nt est frugi. Inueniuntur autẽ noĩa unũ casum habẽtia: ut tabo aut duo tantum ut hic iuppiter o iuppiter: aut tres tantũ: ut hoc nefas: aut quattnor tantum ut buius dictionis huic dictioni banc dictionẽ ab hac dictione. Sed horũ nominũ reliquos casus in usu quidem nõ esse manifestum ẽ. In auctoritate autem sæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit quanq̃ usus uendicet nominatiuum. Inimicus enim est mihi dico nõ meus. Item secundus ab illo est: dicimus non secundns illi quanq̃ ista nomina snis casibus seruiunt etiam aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem dicimus & illa re. Q d̓ dicit ab bis mulabus: filiabus: deabus. nos dicere debere: Sciendum est propter testamentorum necessitatem. Nam hæc pauca dicit Probus contra artem esse suscepta: nec nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare: ea enim quæ arte carent sola auctoritate firmãtur. Vas in nnmero singulari tertiæ declinationis est: in numero plurali secundæ. Dices

secundum regulam tantum foeminini generis est. Nullum enim nomen est producto ablatiuo terminatum quod alterius possit generis inueniri quod dicimus genere masculino idē ratio persuasira aduerbii. Nam hodie dicentes quasi hoc die significamus nec tamen dicimus hodie quasi hac die: Nam quotiens nominatiuus singularis.n.&.r.terminatur ablatiuis in.e.etiam genitiuus pluralis in um: Exit.a.supradictis regulis. Accusatiuus singularis rūc in.im.exit: quum ablatiuus singularis indubitabiliter.i.terminatur.ut ab hac ui.& ab hoc thyberi facit enim hanc nim hunc thyberim. Si autem.e.terminatur ablatiuus: tunc uariatur accusatiuus ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabantur q̄ hodie declinamus. Nam domus erat quartæ declinationis. Iugerum tertiæ: nos autem in hoc nomine.i.domus tres in unum casum usurpamus.a.secunda declinatione ablatiuum.a.domo: genitiuum pluralem harum domorum accusatiuum pluralem has domos. In nomine autem iugeris: unum tantummodo usurpamus ablatiuum ab hoc ingero. V. littera tunc retinetur in datiuo plurali: ut ipse dixit: quum aliqua discernenda sūt: ut arbutus: & arcubus: cui regulæ tamen inuenimus duo nomina contraria idest nulla discretione interueniente.u.retinentia ut specub⁹ & tribubus: quæ ab istis regulis discrepant. Nomina tātum pluralia uulcanalia: mineruialia: ideoque illæ regulæ ablatiui sunt singularis hæc autem nomina sunt numeri tantum pluralis: quæ licet regulas non habent tamen ad similitudinem nominum declinanda sunt: quæ nomina regulis continētur.i.ut sic declinemus.hæ Kalendæ quemadmodum hi agiles hæ idus quemadmodum hæ manus: quanq̄ dixerunt ut quemadmodum regulis carent: ita uarie declinarentur. Nam inuenimus apud auctores & ancilium: & anciliorum: & uulcanalium: & uulcanaliorum. Item nomina græca.a.supradictis regulis segregantur: ut emblema: poema: & hoc iuste. Nam si græca sunt ablatiuo carent illæ autem ab ablatiuo originem sumunt quas non possunt suscipere nomina ablatiuo carentia: sed hæc maiores nostri aut tertia declinatione declinabant si fuissent generis neutri ut poema, poematis: aut prima declinatione declinabant: si fuissent generis foeminini, ut hæc poena: hui⁹ poenæ: quanq̄ iuenimus aliquos casus nec ab illis nec ab istis regulis declinatos idest genitiuum pluralem: & datiuū & ablatiuū pluralē: legimus enim apud Ciceronem horum poematorum his poematis ablatiuo ab his poematis: similiter & emblamatorum & emblematis. peripatesmatorum peripatesmatis: Analogia dicitur ratio declinationis nominum inter se omni parte similium latinæ proportio uocatur. Nomina autem similia sunt omni parte si octo rebus sint similia idest ex illis quæ accidunt nomini qualitate cōparatione: genere: numero: figura: casu: deinde exitus syllabarum deīde consonantiū: rationes penultimarū atq; si una res ex istis octo desierit similibus: dicimus.n. nomen nulla ratione declinari similiter cuius rei exemplū & lupus sit lup⁹ nā sepiē partibus consentiunt: tamen quasi genere dissentiunt. Lupus enim in aliud genus: ut lupus: lupa: lepus lepa non facit.

PRobus autem pronomē in quattuor partes diuidi putauit idest pronomen ifinitū: finitū minusquāsinitū: & possessiuū quod nō uidet habere rationē unde Donatus melius q̄ i duas ptes in primo diuisit. Nā si ea sūt finita p nomina q̄ recipiunt personas. Alia omnia quæ nō recipiunt psonas infinita dicēda sunt: Vnde apparet quod infinita & minusquāfinita sūt & possessiua. In illis enim nō accidit certa psona: cuias: & nostras: uel cuiates & nostrates: nā utrūq; dicimus secūdū Plauti auctoritatē gentē significat: ut est cuius gētis optime nostræ gētis. Plærīq; accētū in ultima syllaba ponunt: quādo cuiam: sed praue: Nā nulla pars orationis est latina absq; prædictis: quæ potest in ultima accētū tenere.i. pone & alias. Sunt aliqua pronomina quæ casibus crescunt nominatiuo: ut quis uel qui. genitiuo singulari: ut mei uel mis mihi: tui uel tis. Ablatiuo singulari ut.a.quo uel.a: qui plurali da.

tiuo uel ablatiuo:ut a quis uel a quibus qua ratione fiant superius diximus. Sunt ecõtrario quæ casibus decrescunt;nam uocatiuus non inuenitur in pronomine ego. Aliquando nominatiuus & uocatiuus:ut in pronoîe sui sibi se a se. Aliquãdo tantũ accusatiuus: eccũ eccã ellum ellã. Aliquãdo tantũ genitiuus ut cuia: & cuium. Q uod autem dicimus sui aliqd esse pronomẽ uerũ est:uõ enim de possessiuo nascitur cuius nominatiuus est suus. Nã si in de nasceretur datiuũ omitteret:ut suo nõ id.i. Præterea est aliqua differentia quod hoc pro meisui:uel sibi:utriusq; numeri est. Illud uero possessiuũ suum & singularẽ habet numerum & pluralẽ. Q uæsitũ est apud græcos an. O. uocatiuus esset articulus & pronocatus nõ esset. Omnes enim articuli cum de numero singulari ad pluralem transeunt uarie proferuntur:ut hic & hii huius & horum & reliqui. Q uando aũt dicimus o docte & docti:& utroq; numero eundem articulum ponimus:quæ res non articulus uidetur qa non mutatur in numero plurali;sed potius aduerbium uocantis:ut queãdmodum dicimus heus uos docti:sic dicamus o tu docte & o uos docti. Inter articulos & pronomen hoc interst:qđ pronomina tũc cũ sine nominibus fiunt & absentium nominum uidẽtur explere personas:ut hic & hæc & hoc: quando autem dico hic æneas huius æneæ iam nõ possunt pronomina dici:cum nõ fungantur eorum nominum quæ præsentia sunt officio. Ipsa enim nomina per significationem implẽt. Neuter alius:& reliqua cõstant esse nomina:quoniã probus uigin & unum dicit esse pronomina in quibus ista non cõputantur. Ea pnomina quæ utraq; parte nominatiuum habent secundum formã nominum declinantur. Nam sic declinamus quisquis utraque parte, sic autem priore parte non declinamus aliquis quemadmodum nec iuris peritus. Sic posteriore parte non declinamus quispiam quemadmodum nec tribunus militum.

ODi:noui:cœpi:memini. Q uæritur cuius sint temporis quom constat esse perfecti. Nam & perfectum in.i.semper exit ut legi:scripsi:& præsens temporis nunquam in.i.sed semper in.o.exit. Illa enim uerba significationem habẽt præsentis temporis regulas autem præteriti. Sum defectiuum uerbũ in coniugatione. Nã quãdo dicimus es nõ potest esse secunda coniugatio quia &.e. correptam habet & in prima persona.e.aute.o.non habet. Pudet: & tedet: quasi defectiua posuit. In superiore autem parte impersonalia nõ cõtrariæ sunt posita. Nã hoc ipsum uerbũ impersonale defectiuum est. Sublatis enim de primo uerbo duabus psonis:prima & secunda. T ertia utiq; superest. Q uæ si non sibi adiungat pronomen defectiuum dicitur esse uerbum. si autem adiungat impersonale. Gaudeo & audeo a plærisque neutro passiua:ab aliis supina uerba dicuntur quæ in tempore perfecto & plusqperfecto passiuam habent declinationẽ:in reliquis aũt actiuã:idest tẽporibus. Sunt alia inæqualia quæ suam habent declinationem & contraria sunt:ut placeo:nam & placui facit & placitus sum. Sunt itẽ alia inæqualia quæ ideo sunt inæqualia quoniã primã syllabã non referuant:ut nolo:uolo. Faciunt enim nolo:non uis:uult:non nolo nolis nolit. Item uolo uolis uolit:non dicimus. Sed uolo uis uult. Sunt aliqua penitus anomala:de quibus nihil possumus dicere nisi quod lectione declinetur eas usurpare personas: quæ tantum auctoritate firmantur. & sunt hæc faxo faxis:inquit:infit inquam:& reliqua. Prima persona in indicatiuo modo semper corripitur:ut lego absq; monosyllabis;ut do:flo:sto: quæ quidem si fiant polisyllaba:ut reddo:reflo:resto:corripiuntur. Verba quorum declinatio in nostra potestate est:sunt hæc:tondeo:lauo:fabrico:punio:& reliqua. uerumtamen debemus secundum naturam actiuum uel passiuum præsumere:ut ego lauor balneum lauo:quando ego capillos depono ut dicam tondeor quando alteri capillos detraho: ut tondeo. Prima persona non debet ita proferri:lego ego. Q uoniam lego iam habet in se significationem pronominis:nisi tamen sic nunc possumus dicere quando nos magis nominus ostendere lecturos q alios ut sit quasi ego magis quam cæteri maledico tibi dicimus non te dicimus. Prima

persona ante ultimam.o.septem litteras nno habet.h.o.f.K.q.i.z.cætera uer[illegible] habent.e.ut sedeo.i.ut audio.u.ut annuo.b.ut bibo &sicut in arte scripra sunt.K.ideo non potest præponi.o.litteræ quia nūq̃ ante ponitur nisi a sequente.q.y.z.ideo nō possunt præponi:nnum tamen uerbum quod.o.ante.o.habet ut roboo.roboant:siluecꝫ & magnus.o.ideo contra regulam uenit quia græcum est.cætera in arte conscripta sunt.

ADuerbium dictum est quia necesse habet semper uerbū seq. Verbo tamē nō necesse est agere semper aduerbio:nā possumus dicere sic legit. Nunc enim & pena est elocutio & aduerbium tamen non inuenitur:nā quum dico cras hodie:nō erit integra elocutio nisi addam uerbū ut puta dico uel facio. Aduerbiū plærūcꝫ cōfirmat uerbū plærūcꝫ destruit. Confirmat ut iam faciā.destruit:ut nō faciam. Aduerbia aut a se oriuntur:aut ab aliis partibus orationis ueniunt:sicut in artibus positū est.nam ibi sunt exempla uaria posita henno autem nihil aliud est nisi hoc anno. Vnde deriuatio duplex inuenitur.Nā Cicero dicit hortatinas fruges horatius dicit hornatas fruges.Item meatim nihil est aliud nisi meo more.tuatī tuo more.Quod dicit de participio aduerbium posse deduci:uerum nō est:& enim illud exemplum quod protul'it idest indulgens non tantum participium ē:nam recipit comparationē facit enim indulgentior indulgentissimus ergo quando dicimus indulgenter non uidemus a participio transtulisse in aduerbium sed a nomine. Omnia aduerbia.e.terminata in positiuo semper producuntur:ut docte.Exceptis tribus regulis eorum aduerbiorum. Quæ autem non comparantur:ut rite:nemo enim dicit ritius ritissime.uel quæ male comparantur:ut bene. Nemo enim dicit bonius bonissime. Vel quæ a se oriuntur ut impune: impunius:hoc scilicet in positiuo. Cæterum superlatiuus gradus semper producitur facile:& difficile non quæritur utrum aduerbia sint an nomina constant autem esse nomina tantum quia semper correpia sunt. Si enim aduerbia essent:ut supra diximus producerentur deinde quia neutri generis formam sequuntur.Sicuti enim dicimus & facilis facile:sic difficilis difficile.Deinde si aduerbia essent inter exirent. Dasuus enim nominis idest terminatus aduerbium iter syllabam mittit ut huic forti fortiter sic huic facili faciliter:huic difficili difficiliter diceremus. Ergo constat esse nomina sic autem posita sunt pro aduerbiis quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro aduerbiis constituta:ut toruum clamat pro eo quod est torue:horendum sonat pro eo quod est horende:qua figura oratores omnino uti non debent. Genus enim est soloecismi sicut ipse donatus Paulopost de soloecismis ratione monstrauit. Scire enim debemus quod datiuus singularis.o.terminatus aduerbium in.e.mittit ut huic docto docte.i.terminatus inter huic agili:agiliter:quas regulas semper corrupit auctoritas. Nam inuenimus plærunque id esse aduerbium:qui datiuus est casus ut est falso:hæc autem ambiguitas elocutione discernitur quando enim dicimus falso homini dederit nomen:quando falso loquetur erit aduerbium:ita plærunque in contrarium cedunt. Nam Terentius ait duriter:quum dure dicere debuerit:& Virgilius Lugubre quum lugubris extensa dicamus. Ea aduerbia comparanda sunt quæque ducunt originem a nomine recipienti comparationem ut est doctus. Ideo enim dicimus docte doctius doctissime:quoniam dicere possumus doctus doctior doctissimus Ab eo quod est Tulius cum sit aduerbium non recipit comparationem quia nec nomen recipit. Sunt alia aduerbia quæ semper per se comparantur.Sunt autem quæ non egent cōparatione ut est mane. Nemo enim dicit manius:nemo manissime. Verumtamen hanc quam per se inflexionem non habemus:possumus facere adiectionem illarum particularum ut magis & maxime:ut puta sit positiuus mane comparatiuus magis mane. Superlatiuꝰ maxime mane. Omnis pars orationis cum desierit esse quod est nihil aliud est nisi aduerbium. Iccirco si nomen desierit esse nomen non faciet pronomen:aut

participium sed solum aduerbium. Vt est sedulo nam si dicas sedulo homini dedi nom
est si dicas sedulo feci. Aduerbium est. Item pronomen aliquãdo & aduerbium ē quum
enim dico quid est: erit pronomen quum dico quis scit erit aduerbium. Item habēte ue
bum plærunq; & aduerbium est: quando enim dico pone prima syllaba accentum haben
erit uerbum quando ultimæ syllabæ: do: accentum erit aduerbium hoc est discretionib9 ca
sa. Nam ultimo loco uerbi acutus accẽtus nunquam ponitur. Item participium al
quando aduerbium est quum enim dico me ad nullam profecto contingit: participium e
profecto: quum dico profecto quæritis aduerbium est profecto. Item ante præpositi
nonnunquam & aduerbium est. Præpositio in hac elocutione erit ante templum casut
enim habet uictum: si autem dicas: ante feci: erit aduerbium, quoniam sequitur uerbum: &
coniunctio est: sed plærunq; & pro aduerbio ponitur quum dicimus ut te fortissime teucr
accipio: Heus si dolorem significet interiectio est: heus etiam mensas consumimus inqu
iullus: si autem uerbum sequitur aduerbium est: heus inquit iuuenes monstrate mearum
erit nomen quum nominibus pro aduerbiis utimur ut ante dictum est. Illud fideliter ten
re debemus nunq̃ separatim præpositionem aduerbiis posse cõiungi ueluti de mane de n
ctu. Quod autem inuenimus indocte & infrequenter sunt quidem præpositiones: se
non separatim sicut sunt etiam particulæ quas ipse ponit. Artigraphus desursum deor
sum deinceps. Ita enim constat duas partes orationis ut uno ambæ utantur. accentu.
Nec duæ præpositiones interueniente aduerbio sociandæ sunt. Præpositio etiam ideo nc
potest adiungi nomini interueniente aduerbio ut de trans tyberim uenio quemadmodu
illinc uenio.

PArticipium est quasi particapium: habet enim. a. nomine genere & casus. a u
bo autem tempora significationes. ab utroque numerum & figuram: & cæte
quæ supra dicta sunt. In posterioribus illud adduci incoatiua uerba illud n
habere nisi præsentis temporis participium futuro autem carere. Ideo autem
turo carent quoniam regulam futuri participia: a præterito ducunt participio præteritũ a
tem participium. a. tempore perfecto originem sumit & ideo quum inchoatiua uerba te
pus perfectum non habent: non possumus habere quod additur iam tempore pfecto: P
terea dicit participia ab impersonalibus uerbis nisi usurpata non uenire: quæ res penes la
tium non erit: & similia & similiter ab arte discedit. Et enim participia a prima positione u
bi originem trahunt: cum igitur impersonalia primam personam non habent participia
i ute ex se faciunt: sed tamen dixi usurpare nobis licet. Inuenimus enim apud uarios aucto
quod poto id fieri: non quod de impersonalibus usurpentur participia: sed quod ipsa im
sonalia fiant uerba plenissima: Nam hoc quod dicimus pudet & tedet tamen dici inueni
in auctoribus & pudeo: & tedeo; unde fiunt & pudens: & tedens participium non ab i
personali uidetur sed a uerbo integro. Odi uerbum participium habet osus quod licet i
non sit tamen componitur & in usu erit exosus perosus. Ab eo quod est memini artis n
participium reperitur: si ad usum uerum est: si ad auctoritatem falsum: Nam inuenimu
Plauto meminens. Tunicatus galleatus dicit participia non esse: sed nomina eo quod. a.
bis non trahuntur: sed si diligenter attendas aduertens ab similibus participia compre
bis. Nam licet non faciat tunico galleo: tamen quoniam tempus habent: sine dubio p
ticipia sunt: & enim armatus incedit uestitus incedit quum dico hoc significo iam arm
iam uestitum esse. Sicut etiam dicimus tunicatus incedit: galeatus incedit. i. & iam tu
cam habet: iam galeam habet quæ res tẽpus ostendit & si tẽpus est participiũ ē: Prãsus
natus & reliqua cõstant nõ eẽ participia si a uerbo non ueniũt. Cõcessũ est. n. regularite
a neutralibus uerbis liceat nobis usurpare præterita participia: sed quoniam & has arte